

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**M. Tullii Ciceronis Opera Omnia**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Basileæ, MDCLXXXII**

Pro A. Cluentio Avito

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](#)

**in eodem homine præfiendo vidimus : quid est, quod aut de re, et aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego autem, quidquid in meis studiis, consiliis, laboris, ingenii, quidquid hoc beneficio populi Romani, atque haec potestate prætoria, quidquid auctoritate, fide, constantia possum; id omne ad hanc rem confidendum, tibi, & populo Romano pollicor, ac defereo. testorque omnes deos, & eos maximè, qui hunc loco, temploque præsident, qui omnium mentes eorum, qui ad tempub, adeunt, maximè percipiunt, me hoc neque rogatu facere cuiusquam, neque quo Cn. Pompeji gratiam misi per hanc causam conciliari putem, neque quo mihi ex ciusquam amplitudine, aut præsidio periculis, aut adjumento honoribus quæram : propterea quod pericula facile, ut**

hominem præstare oportet, & innocentia testi polleamus;  
3 honorem autem neque ab uno, neque ex hoc loco, sed  
eadem nostra illa laboriosissima ratione vita, si vestra vo-  
luntas feret, consequemur. Quamobrem, quidquid in hac  
causa mihi suscepimus est. Quirites, id omne me reipubli causa  
suscepisse confismo: tantumque abest, ut aliquam bonam  
gratiam mihi quæsisse videar, ut multas etiam similitates  
pastim obsecuras, partim apertas intelligam, mihi non ne-  
cessarias, yobis non inutileis, suscepisse, sed ego me hoc ho-  
nore prædium, tantis vestris beneficiis affectum, statui.  
Quirites, vestram voluntatem, & reipubli dignitatem, &  
salutem provinciarum, atque sociorum, *mei omnibus com- modis, & rationibus præferre oportere.*

M. TULLII CICERONIS  
PRO  
**A. CLVENTIO AVITO,**  
ORATIO DECIMA QVARTA.

### S Y N O P S I S

**Quæstio.** An Clientius Oppianicum utricum venenosus fūsularis, & An Oppianicus iustitie condamnam. Accusator T. Attius Pisaurensis: Reus A. Clientius: Patronus Clientii Cicer: idemq. Prator de pecunis repensandis: Prator, Q. Naso: Judex, Q. Voconius, Acta in foro anno 687. Eventus. Clientius absolvitus.

**A**NIMADVERTI, judices, omnem accusatoris orationem, in duas diuisam esse partes: quarum altera mihi niti, & magnopere confidere videbatur *invidia* jam inverterat iudicium Juniani: a altera tantummodo confuetudinis causa timide, & diffidenter attingere rationem *veneficii* criminum: qua de re lege est hac quæstio constituta. Itaq; mihi certum est hanc eandem distributionem, invidiæ, & criminum, sic in defensione servare, ut omnes intelligent, nihil me nec subterfugere voluisse retinendo, nec oblicuare dicendo. Sed cum considero, quomodo mihi in utraque re sit elaborandum, altera pars, ea qua propria est iudicij vestri, & legitima *veneficii* quæstionis, per mihi brevis, & non magna in dieundo contentio[n]is fore videtur: altera autem, qua procul à iudicio remota est, qua concionibus seditione concitat[i]s accommodatior est, quam tranquillis, moderatisque iudicis, proficio, quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris sit habitu[m]. Sed in hac tanta difficultate illa me res tamen, judices, consolatur, quod vos de *criminibus* sic audire confueatis, ut eorum omnem dissolutionem ab oratore quæratis: ut non existimetis, plus vos

ad salutem reo largiri oportere , quam quantum defensōr ,  
purgandis criminibus , consequi , & dicendo probare potue-  
rit . De invidia autem sic inter vos disceptare debetis , ut  
non , quid datur a nobis , sed quid oporteat dici , confide-  
retis . Agitur enim in criminibus , A. Clientii proprium  
periculum : in invidia , causa communis . Quamobrem al-  
teram partem causē sic agemus , ut vos doceamus : alteram  
sic , ut oreinus . in altera , diligenter vestra nobis adjungenda  
est : in altera , fides imploranda . nemo est enim , qui invidi-  
a , sine vestro , ac sine talium virorum subdicio posuit refu-  
stare . Equidem quod ad me attinet , quō me vertam , ne-  
scio . negem fuisse illam infamiam judicij corrupti ? negem  
illam rem agitatum in concionibus ? jaētatum in judiciis ?  
commemoratum in senatu ? evellam ex animis hominum  
tantam opinionem ? tam penitus insiram ? tam verutam ?  
non est nostri ingenii ; vestri auxiliū est , judices , hujus in-  
nocentiae sie in hac calamitosa fama , quasi in aliqua per-  
nicioseissima flamma , atque in communī incendio subvenire .  
Etenim sicut aliis in locis parum firmamenta , & z parum  
veritatis habet : sic in hoc loco falsa invidia imbecilla  
esse debet . Do MINETVR in concionibus , jacet in judi-  
ciis ; valeat in opinionibus , ac sermonibus imperitorum ,

*Ans de proficiendi facultati.) Idem codex reficiendo, quod minime repudiandum. res propri dicuntur, quin magistratus aut potestate sunt, cum illis magistratus vel imperia continuantur In annum sequentem, accedunt ad hanc lectioinem Palat. sext. sept. Gruter. in quibus proficiendi.*

2. *Inscensio recti pellentur.*) Idem exemplar, item Vverd. repelluntur;

3. Honorem autem neque ab uns. ) Haud secus olim eusi, Pall. nostri  
Grat. Hittorp. &c. posterius editi, honoris; haud scio quam bene. unus  
enim Ciceroni religio ex annis magistris habet.

**I.** *Assentiuimus.*) Gulielmus legit alter am. sed poterat subaudiiri, vidibant, quod pcessit.

2. *Patrum virtutis virtus habet.*) Propugnat hanc scriptoram Victorius lib. xxiv. Vanar. Lector. cap. 2. reperio ego in sex. Palatinus exaratis. nam unus eorum frontispicio isto desigebatur, sed idem reperi in exemplari S. Victoris Gulielmii. defendit tamen amicos *notae* Vrilius vulgarium falsam. tanquam gubernacionis libri

scriptis, qui & videatur. nam in editis antiquis extare ipse sexto-  
sed quis assererat ipsos non subiisse manum correctoris? lectio-  
nem nostram plaribus Graecorum Latinorumque auctorum quasi  
tibicinibus faleci ad illud Livii libro XXII. cap. 39. Laborare nimis pro  
sept agere: exsanguis nunquam, quoniam istud ibidem stabili contra  
Muregi veterem, contra amici nostri Scipionis Gentilis recentem

ab ingeniosis prudentium repudietur: vehementer habest  
repentinos impetus, spacio interposito, & causa cognita  
confessetur: denique illa definitio judiciorum & quorum,  
qua nobis a majoribus tradita est, retineatur: ut in judicis  
& sine invidia culpa plectatur, & sine culpa invidia ponatur.  
Quamobrem a vobis, judices, antequam de ipsa causâ  
diceret incipio, huc postulo: primum id, quod aequissimum  
est, ut nequid hue *predicant* afferatis, etenim non modo  
auctoritatem, sed etiam nomen judicium amitteremus, nisi  
hic ex ipsis causis judicabimus, ac si ad causas judicia jam  
facta domo deferemus. Deinde siquam opinionem jam veris  
mentibus comprehendistis, si eam ratio convellet,  
& si ratio labefactabit, si denique veritas extorquet: ne  
repugnetis, eamq; animis velitis aut libentibus, aut & quis  
remittatis: tum autem, cum ego unaquaque de redicam,  
& diluam, ne ipsis qua contraria sunt, taciti cogitationi ve-  
stis subiectatis: sed ad extremum exspectetis, & me meum  
dicendi ordinem servare patiāmini: cum perorato, tum, si  
quid erit prateritum, a me requiratis. Ego me, judices, ad  
eam causam accedere, qua jam per annos octo continuos  
ex contraria parte audiatur, atq; ipsa opinione hominum  
tacita prop̄ convicta, atque damnata sit, facile intelligo:  
sed, si quis mihi deus vestram ad me audiendum benevol-  
entiam conciliarit: efficiam profecto, ut intelligatis, nihil  
esse homini tam timendum, quam invidiam: nihil innocentis,  
suecepta invidia, tam optandum, quam *equum* judicium, quod  
in hoc uno denique falsa infamia finis aliquis, atque exi-  
tus reperiatur. Quamobrem magna me spes tenet, si ea, qua  
sunt in causa, explicare, atque omnia dicendo consequi po-  
tuero, hunc locum, confessumque vestrum, quem illi horribilem A. Cluentio, ac formidoloso furo puraraverunt,  
eum tandem eius fortuna miseræ, multumque justata portum, ac perfugium futurum. Tametsi permulta sunt, qua  
mihi, antequam de causa dicam, de communib; invidiæ  
periculis dicenda esse videantur: tamen, ne diutius oratione  
mea suspensa expectatio vestra teneatur, aggrediar ad  
crimen cum illa depreciatione, judices, qua mihi s̄p̄ius  
utendum esse intelligo, sic ut me audiat, quasi hoc tem-  
pore huc causa primum dicatur, sicuti dicitur: non quasi  
fape jam dicta, & numquam probata sit. hodierno enim  
die primum veteris istius criminis diluendi potestas est da-  
ta: ante hoc tempus error in hac causa, atque invidia versata  
est. Quamobrem dum multorum annorum accusationi  
breviter, dilucideque respondeo, quo si, ut me, judices,  
sicuti facere iustitias, benignè, atenteque audiatis. Cor-  
rupisse dicitur A. Cluentius judicium pecunia, que ini-  
cum suum innocentem, statim Albiū, condemnaret.  
Ostendam, judices, primum, quoniam caput illius atrocitatis,  
atque invidiæ fuit, innocentem pecunia circumven-  
tum, neminem umquam majoribus criminibus, graviori-  
bus testibus esse in judicium vocatum: dein ea de eo  
prejudicata esse facta ab ipsis judicibus, a quibus condemna-  
tus est, ut non modo ab ipsis, sed ne ab aliis quidem ul-  
lis, absolvī illo modo posset. Cum hæc docuero, tum illud  
ostendam, quod maximè requiri intelligo, judicium illud  
pecunia esse tentatum, non à Cluentio, sed contra Cluen-  
tium: faciamque, ut intelligatis, in tota illa causa quid  
res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid invidia confa-  
xit. Primum igitur illud est, ex quo intelligi possit, debuisse  
Cluentium magnopere causam confidere, quid cel. *timis*  
*criminibus*. & testibus freuis ad accusandum descendens: ut  
hoc loco faciendum mihi, judices, est, ut vobis breviter

illa, quibus Albius condemnatus est, crimina exponam.  
Abste peto, Oppianice, ut me invitum de patris tui causa  
dicere existimes, adductum fide, atque officio defensionis,  
eternum tibi si in presentia satisfacere non possem, tamen  
multa mihi ad satisfaciendum reliquo tempore facultates  
dabuntur: Cluentius nisi nunc satisfecero, postea mibi sa-  
tisfacienti potestas non erit. Simil & illud quis est, qui  
dubitare debeat, contra damnatum, & mortuum, pro incolumi,  
& vivo dicit: cum illi, in quem dicitur, damnatio omne  
ignominis periculum jam obfuterit, mors vero etiam doloris?  
huic autem, pro quo dicitur, nihil possit offendere  
accedere sine acerbissimo animi sensu, ac dolore, & sine  
summa dedecore vita, ac turpitudine? Atque, ut intelligatis,  
Cluentium non accusatorio animo, non ostentatione aliqua,  
aut gloria adductum, sed nefariis inutris, quotidianis  
infidiliis, proposito ante oculos vita periculo, nomen  
Oppianici detulisse, paulo longius exordium rei demon-  
stranda repeatam: quod quæso, judices, ne moleste patiā-  
mini. PRINCIPIS enim cognitis, multò facilius extrema  
intelligetis. A. Cluentius Avitus, fuit pater husiace, judi-  
ces, homo non solum municipi Larinatis, ex quo erat, sed  
etiam regionis illius, & vicinitatis, virtute, existimatione,  
nobilitate facile princeps. Is cum esset mortuus, Sulla, &  
Pompejo Co*s*s. reliquit hunc annos xv natum: grandem  
et, & nubilem filiam: quæ brevi tempore post patris  
mortem nupserit A. Auri Melino, consobrinus suo, adol-  
scenti in primis, ut tum habebatur, inter suos & honesto,  
& nobili. Cum esset ha uuptia plena dignitatis, plena  
concordia, repente est exorta mulieris importuna nefaria  
libido, non solum dedecore, verum etiam *scelerem* con-  
vincta. Nam Saffia mater hujus Aviti (naturæ enim à me,  
non nominis causa, tametsi in hunc hostili odio, & crudelitate  
est, mater, inquam, appellabitur; neque umquam illa ita de  
su sceleri, & immanitate audier, ut naturæ nomen amittat,  
quod enim ipsum nomen amantis, indulgentiusque  
maternum, hoc illius matris, qua multos jam annos, &  
nunc cum maxime filium interfectum cupit, singularest,  
lus, majore odio dignum esse ducetis.) Ea igitur mater A.  
Melini illius adolescentis, generi lui, contraria quā fā-  
cerat, amore capta, primò, neque id ipsum diu, quoquo mo-  
do poterat, neque in illa cupiditate continebat: deinde  
ita flagrare coepit amentia, sic inflammatæ ferri libidine, ut  
eam non pudor, non pudicitia, non pietas, non macula fa-  
milia, non hominum fama, non filii dolor, non filii mor-  
tor à cupiditate revocaret. Animus adolescentis, nondum  
consilio, ac ratione firmatus, pellexit iis omnibus rebus,  
quibus illa *etas* capi, ac deliniri potest. filia, qua non solum  
illo communī dolore mulierib; in ejusmodi viri injuriis  
angereatur, sed nefarium matris pelliciatum ferre non  
posset, de quo ne queri quidem sine felere se posse arbitrare-  
tur, ceteros suis tanti mali ignaros esse cupiebat: in hujus  
amantissimi sui fratris manibus, & gremio, marre, & lac-  
crynis confundebat. Ecce autem subitum *diversum*,  
quod solitum malorum omnium fore videbatur, discedit  
a Melino Cluentia: ut in tantis injuriis, non invita: ut à  
viro, non libenter. Tuuo vero illa egregia, ac præclaræ ma-  
ter, palam exultare lassitia, ac triumphare gaudio coepit,  
vestris filiæ, non libidinis. Itaque diutius *fuscionibus* ob-  
ficiū ladi famam suam noluit: lectum illum genialem,  
quem biennio ante filiæ sua nubenti, straverat, in eadem  
domo sibi ornari, & sterni, expulsa, atque exturbata filia,  
jubet, nubit genero socrus, nullis auspiciis, nullis auctoribus,

1. Si ratio labefactabit.] Lambinus stratis, ex ms. suis, ut ait; quæ  
puto restringendos ad unum exemplar S. Victoris, in quo ita extrahere  
adnotavit Gulielmus, nostræ certe Palli, sicut & vulgato, neque defen-  
sunt odd, antiquæ.

2. Scelerem confundat.] Ita est in ms. nostris, sed litteris adeo ambiguis,

ut inde etiam fieri possit *confundat*: quomodo habent editiones pos-  
tiores: priores enim *confundat*; ita tamen ut ultimæ originis exhibeant  
item *confundat*.

3. Remissa causa.] Lambin. in eam causa, ex ms. ut ait sed insulsa &  
modo quid sentio, & contra Palli, nostros, & editantur.

rebus, funestis omnibus omnium. O mulieris scelus incredibile, & præter hanc unam, in omni vita inauditum! & libidinem effrenatam & indomitam! ò audaciam sanguarem! non timuisse, si minus vim deorum, hominique famam, at illam ipsam noctem, faciesque illas nuptiales? non limen cubiculi? non cubile filia? non parietes deniq; ipsos, superiorum testeis nuptiarum? perfregit, ac prostravit omnia cupiditate, ac furore: vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Tulit hoc commune dedecet jam familiæ cognationis, nominis, graviter filios: augebatur autem ejus molestia quotidianis querimoniis, & assiduo fletu sororum, statuit tamen nihil sibi in tanis injuriis, ac tanto scelere matris, gravius faciendum, quam ut illa matre ne uteretur: ne quam vijore sine summo animi dolore nou poterat ea si matre uteretur, non oculum videre, sed etiam probare suo judicio putaret. Initium quod huic cum matre fuerit similitatis, audistis, pertinuisse hoc ad causam, tunc, cum reliqua cognoveritis, intelligitis. nam illud me non præterit. **CIVVS MODICVM QVÆ MATER** sit, tamen in judicio filii de turpitudine parentis dici vix oportere, non esse ad ultimam causam idoneus, judges, si hoc, quod in communibus hominibus sensibus, atque in ipsa natura positum, atque infixum est, id ego, cum ad amici pericula depellenda adhiberer, non viderem. Facile intellico **NON MODO** reticere homines parentum injurias, sed etiam animo aquo ferre oportere. Sed ego ea, quæ ferti possunt, ferenda: quæ taceti, tacula esse arbitror. Nihil in vita vidui calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adiit, nihil mali timuit, quod non totum à matre esset confiatum & profectum, quæ hoc tempore sileret omnia, atque ea, si oblitio non posset, tamen taciturnitate sua tecum esse pateretur, sed ea verò sic agit, ut prorsus retinere nullo modo possit. Hoc enim ipsum judicium, hoc periculum, 1 illa accusatio, omnis testium copia quæ futura est, a matre initio est adornata à matre hoc tempore instruitur, atque omnibus ejus opibus & copiis comparatur: ipsa denique nuper Larino, hujus opprimendi causa, Romam advolavit. Præstò est mulier audax, peccuniosa, crudelis: 2 instituit accusatores, instruit testeis: squalore hujus & sordido latrato: extium exoptat: sanguinem tuum profundere omnem cupit, dummodo profundum hujus ante videt. Hæc nisi omnia per pexeritis in causa: temere à nobis illam appellari putate. Sin autem erunt & aperta, & nefaria: Cluentio ignorare debet, quod hæc à me dici patitur: mihi ignoscere non deberetis, si tacetem. Nunc jam summatum exponam, quibus criminibus Oppianicus damnatus sit: ut & constantiam A. Cluentii, & rationem accusationis perspicere possitis. Ac primum causa accusandi quæ fuerit, ostendam: ut id ipsum A. Cluentium **vi & necessitatē coactum fecisse videatur.** Cùm manifestum venenum deprehendisset, quod vir matris Oppianicus ei pavaserit; & res non conjectura, sed oculus, ac manibus teneretur, neque in causa illa dubitatio posset esse: accusavit Oppianicum. quām constanter, & quām diligenter, postea dicam: nunc hoc scire vos volui, nullam huic aliam accusandi causam fuisse, nisi ut propositum vita periculum, & quotidiana capiū infidiae hac una ratione vitaret. Atque, ut intelligatis, his accusatum esse criminibus Oppianicum, ut neque accusator timere, neque reus sperare debuerit: pauca vobis illius judicii crimina

exponam: quibus cognitis, nemo vestrum mirabitur, illum, dissidentem rebus suis, 3 ad Stalenum, atque **ad percutientem consigilie.** Larinas quædam fuit Dinea, socrus Oppianici: quæ filios habuit M. & Numerium Aurios, & Cn. Magium, & filiam Magiam, nupiam Oppianico. M. Aurius adolescentulus, bello Italico captus apud Asculum, in Q. Sergii senatoris, ejus, qui inter sicarios damnatus est, manus incidit, & apud eum fuit *in ergastulo*. Numerius autem Aurius frater, mortuus est, heredemque Cn. Magium, fratrem suum, reliquit. postea Magia, uxor Oppianici, mortua est, postrem unus, qui reliquis erat, Dinea filius, Cn. Magius, est mortuus. is fecit heredem illum adolescentem Oppianicum sororis sua filium, eumque partiri cum Dinea matre jussit. interim venit index ad Dineam, neque obscurus, neque incertus, qui nuntiaret ei filium ejus, M. Aurium, vivere: & in agro Gallico esse in servitute. Mulier, amissis liberis, cùm unus filii recuperandi spes esset ostentata, omnes eius propinquos, filiique sui necessarios convocabat, & ab iis flens petivit ut negotium suscipiant, adolescentem investigarent, sibi restitueret eum filium. 4 quem tantum unum ex multis fortuna reliquum esse voluisset. Nam cùm agere insisteret, oppressa morbo est, itaque testamentum fecit ejusmodi: ut illi filio ii-<sup>s</sup> cccc<sup>oo</sup> millia legaret, heredem institueret eundem illum Oppianicum, nepotem suum, atque his diebus paucis est mortua. propinquai tamen illi, quemadmodum viva Dinea instituerant, ita mortua illa ad investigandum Aurium cum eodem illo indice in agrum Gallicum profecti sunt. Interim Oppianicus, ut erat, sicuti multis ex rebus reperiens singulare sceleris, & audacia, per quendam Gallicanum, familiarem suum, primùm illum **indicem pecunia corrupti:** deo ipsum Aurium, non magna iactura facta, tollendum, interficiendumque curavit. Illi autem, qui erant ad propinquum investigandum, & recuperandum profecti, litteras Larinum ad Aurios, illius adolescentis propinquos, suoque necessarios, mitrunt: sibi difficile esse investigandi rationem, quod intelligentem indicem ab Oppianico esse corruptum. Quas litteras A. Aurius, vir fortis, & expetiens, & domi nobilis, M. illius Aurii propinquus, in foro, palam inultus abundantibus, cùm ad esset Oppianicus, recitat, & clarissima voce se nomen Oppianici, si imperfectum M. Aurium compersisset, delaturum esse restatur. interim brevi tempore illi, qui erant in agrum Gallicum profecti, Larinum revertuntur: intersectum esse M. Aurium renuntiant. animi non solùm propinquorum, sed etiam omnia Larinatum odio Oppianici, & illius adolescentis misericordia commoventur. Itaque cum A. Aurius, qui antea denuntiarat, clamore hominem, ac minis inleui, qui crepisset: Larino profugit, & se in castra clarissimi viri Q. Metelli, contulit. Post illam fugam & sceleris, & conscientia refutam, numquam se judiciis, numquam legibus, numquam in escam inimicis committere auius est: sed per illam L. Sulla vim, atque victoriā, Latinum in suō timore omnium, cum armatis advolavit: quatuor viros, quos municipes fecerant, sustulit: se à Sulla, & alios praeterea tres, factos esse dixit: & ab eodem sibi esse imperatum, ut Aurium illum, qui sibi delationem nominis, & capitis periculum ostentarat, & alterum Aurium, & ejus C. filium, & Sex. Virbiū, quo sequestre in illo indice corruptendo dicebatur esse usus, proscriptiōndis, interficien-

B b 4 dolque

1. *Illa accusatio.* Lambinus, *hæc accusatio.* sed contra miss. & assertor Gulielmo arbitrantur, hæc, itas, voces, esse interpretis. idem tamen delecto folium illa, potabat legi posse; *accusatio manus manus testium copia.* Gre.

2. *Infirmi accusatores, infirmi testes.* Invertit hæc perverse Lambinus, *infirmi accusatores, materia felicis, infirmi testes,* pecunia. adnotat Gallicimus.

3. *Ad staledum, atque ad pemianum.* Videlicet in Victoriano codice scri-

pto, ex Staledo, factum deinde Staledum. & vero utroque modo legi in exemplaribus veculis, dñi est quod judicavit Rivoius. addebat quoque P. Victorius lib. xxxvii. Var. leet. cap. 11.

4. *Larim tantum numeri.* Sic ex scripto Pall. unus tantum, reliqui sex, tandem, quod & pro tamen sumi, exemplis palam fecit Scholae nosfer libro iv. Nodor. cap. 18. Lambinus edidit tunc, quod & in libro S. Victoris; sed ita ut & superdictum haberet illud tam.

dosque curaret. Itaque, illis crudelissimè interfectis, non mediocri ab eo ceteri proscriptionis, & mortis meui terrebantur. His rebus in causa, judicioque patefactis, quis est, qui illum absolvit potuisse arbitraretur? Atque hoc parva sunt: cognoscite reliqua: ut non aliquando condemnatum esse Oppianicum, sed aliquandiu incolumente fuisse mirermini. Primum videte hominis audaciam. Sassiam in matrimonium ducere, Aviti matrem, illam, cuius virum A. Aurium occiderat, concupivit. Utrum impudenter hic, qui postulet: an crudelior illa, si nubat, difficile dictu est. sed tamen utriusque humanitatem, eonstantiamq; cognoscite. Perit Oppianicus, ut sibi Sassia nubat, & id magnopere contendit, illa autem non admiratur audaciam, non impudentiam aspernatur, non denique illam Oppianici domum viri sui sanguine redundantem, reformidat: sed quod habet treis ille filios, idcirco se ab his nuptiis abhorrere respondit. Oppianicus, qui pecuniam Sassiae concupivisset, domo sibi querendum remedium exigitavit ad eam moram, quæ nuptiis affrebat. Nam, cum haberet ex Novia infanteum filium: alter autem ejus filius, Papia natus, Theani Appuli, quod adest à Larino decem & octo millia passuum, apud matrem educaretur: arcessit subito sine causa puerum Theano: quod facere, nisi iudi publici, aut festis diebus, antea non solebat. Mater nihil mali miseris suspicans, mittit. Illi se Tarentum proficiunt cum simulasset, eo ipso die puer, cum hora undecima in publico valens visus esset, ante noctem mortuus, & postridie, an sequam luceret, combutitus est. Arque hunc tantum mortorem matri prius hominum rumor, quam quisquam ex Oppianici familia remunivit. Illa cum uno tempore audiret sibi non solum filium, sed etiam exsequiarum munus erexit, Larinum confessum exanimata venit, & ibi de integrō funus jam sepulto filio fecit. Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius infans necatur. Itaque nubit Oppianico continuò Sassia, & latenti jam animo, & spe optima confirmato. nec mirum, quæ se non nuptialibus donis, sed filiorum funeribus delimitant videret. 3 ita quod ceteri PROPTER liberos pecuniam cupidores solent esse, ille propter pecuniam liberos amittere jucundum esse duxit. Sentio, judices, vos pro vestra humanitate, his tantis sceleribus breviter à me demonstratis, vehementer esse conatos. Quo tandem igitur animo fuisti illos arbitramini, quibus his de rebus non modo audiendum fuit, verum etiam iudicandum? Vos auditis de eo, in quem judices non estis: de eo, quem non videtis: de eo, quem odisse, jam non potestis: de eo, qui & natura, & legibus satisfecit: quem leges exilio, natura morte multavitis: auditus non ab inimico, auditus sine testibus: auditus, cum ea, qua copiosissime dici possunt, breviter à me, strictimque dicuntur. Illi audiebant de eo, de quo iurata sententias ferre debebant: de eo, cuius presentis nefarium, & conseleratum vultum intuebantur: de eo, quem odetant proper audiam: de eo, quem omni supplicio dignum esse dicebant: audiebant ab accusatoribus: audiebant verba multorum testimoniū: audiebant, cum unaquaquo de re à P. Canutio, homine eloquentissimo, graviter, & diu disceretur. Et est quicquam, qui, cum hac cognoverit, suspicari possit, Oppianicum iudicium oppressum, & circumvenientem esse innocentem? Acerbitum jam reliqua, judices, dicam, ut ad ea, quæ propterea hujus causa, & adjunctiora sunt, petreniam.

vos, quæsio, memoria tencatis, non mihi hoc esse propossum, ut accusem Oppianicum mortuum: sed, cum hoc persuadere vobis velim, judicium ab hoc non esse corruptum, hoc uti initio, ac fundamento defensionis: Oppianicum, hominem sceleratissimum, & nescientissimum, esse damnatum: qui uxori sua Clientia, quæ amita hujus Aviti fuit, cum ipse peculum dedisset, subito illa in media portione exclamavit, se maximo cum dolore mori: nec diutius vivit, quam locuta est, nam in ipso sermone hoc, & vicere mortua est. & ad hanc mortem tam repentinam, voceque morentis, omnia præterea, quæ solent esse indicia, & vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt. Eodemque veneno C. Oppianicum, fratrem necavit. Neque est hoc satis: tametsi in ipso fraterno patricidio nullum felius pratermissum videtur: tamen, ut ad hoc nefarium facinus accederet, aditum sibi alii sceleribus ante munivit. Nam cum esset grava Auria, fratri uxor, & jam approximare partus videretur: mulierem veneno interfecit, ut illa illa, & quod erat ex fratre conceptum, necaretur. Postea fratrem aggressus est: qui sero, jam, & exhausto illo poculo mortis, cum & de suo, & de uxoris interit clamaret, testamentumq; mutare cuperet, in ipsa significatione haec voluntatis, est mortuus. Ita mulierem, ne partu ejus ab hereditate fratera excluderetur, necavit: fratri autem liberos prius vita privavit, quam illi hanc ab natura propriam lucem accipere potuerunt: ut omnes intelligerent, nihil ei classum, nihil sanctum esse posse: cuius ab audacia, fratri liberis ne materni quidem corporis custodia tegere potuisset. Memoria teneo, Milesiam quandam mulierem, cum essent in Asia, quod ab heredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentu abgesset, rei capitalis esse damnatam: neque injuria: quæ spem parentis, memoriam nominis, subfidium generis, heredem familiæ, designatum reipub. civem, sustulisset. Quanto Oppianicus in eadem injuria, majore supplicio dignus? siquidem illa, cum suo corpori vim attulisset, se ipsam eruciat: hic autem idem illud efficit per alieni corporis mortem, atque crucitatem. Ceteri non videntur in singulis hominibus multa patridia suscipere posse: Oppianicus inventus est, qui in uno corpore plures necat. Itaque cum hanc constitudem, audaciamque cognosceret avunculus illius adolescentis Oppianici, Cn. Magius: sique gravi morbo affectus esset, & heredem, illum fororis sui filium, faceret: amicis adhibitis, præsente matre sua, Dinea, uxorem suam interrogavit, espletu prægnans: quæ cum se esse respondisset: ab ea petivit, ut, se mortuo, apud Dineam, quantum ei mulieri foret erat, quoad patrem, habitaret, diligenterque adhiberet, ut id, quod conceperat, servaret, ut salvum parere posset. Itaque ei, testamento legit grandem pecuniam à filio, qui natus esset: ab secundo herede nihil legit. Quid de Oppianico suspicatus sit, videbis: quid judicet, obscurum non est. Nam, cum ejus filium faceret heredem, enim tutorem liberis non adscripsit. Quid Oppianicus fecerit, cognoscere: ut illum Magium intelligas, non longe ab eo prospicere monerentem. Quæ pecunia mulieri legata erat à filio, qui natus esset, eam præsentem Oppianicus non scripsit, tamen mulieri solvit: si hac solutione legatorum, & non meritis abortionis appellanda est. Quo illa pietio accepto, multisque præterea munieribus, quæ tum ex tabulis Oppianici recitabantur, spem illam, quam in alvo commendatam à vir-

contini-

3. Illam Oppianici domum viri sui sanguine redundantem.) Ita primi-  
ens cuius, firmavique scriptis suis P. Victorius lib. xv. Var. lect. cap.  
20. nam post eius editi, Opp. dexteram, & quod in Pal. sexto ac sept.  
quippe pr. manu, at enim reliqui, neque domum agnoscunt, neque  
narrant, ut fulpserit aliud quid adhuc subfetto, de quo cogitare possint  
futilioris ingenii Critici. obviū quidem est, villam Oppianici, sed  
non placet.

4. Lectoris jam anima & spe optima confirmata.) Ita editio anni

CCLXXXIX. & Pal. fec. nec non exemplar S. Victoris. vulgata,  
confirmata.

5. Ita quid estri.) Coniicit Gulielmus, cum estri. scripti autem Ita.  
ex Pal. fec. & S. Victor. nec non add. antiquis. nam coreri nostri  
scripti, Itaque estri, sed Itaque hec locum non habet, quod statim  
præcesserat.

4. Exhausto illo pecule mortis.) Gulielmus tentat, mortifero. sed Pall.  
comes adhærent vulgata. malum dcleri potius illud mortis.

2. 22

s'continebat, victa avaritia sceleri Oppianici vendidit. Nihil posse jam ad hanc improbitatem addi videtur. attendite exitum. Quz mulier obtestatione viri decem illius membris ne domum quidem ullam, nisi fokus sua, nosse debuit, hac quinto mense post viri mortem ipsi Oppianico nupsit. quz nuptiz non diuturnaz fuerunt, erant enim non matrimonii dignitate, sed festeris societate conjuncta. Quid? illa cades Asinii Larinatis, adolescentis pecuniosi. 1 quam clara tum, recentire? quam omnium sermone celebrata? 2 Fuit Avilus quidam Larinas perdisa nequitia, & summa egestate, 3 arte quadam præditus ad libidines adolescentium excitandas accommodata: qui, ut si blanditiis, & assentationibus in Asinii confuetudinem penitus immersit, Oppianicus continuo sperare coepit, hoc se Avilio, tanquam aliqua machina admota, capere Asini adolescentiam, & fortunas ejus patrias expugnare posse. Ratio exigitata Larini est: res translatia Romam. inihi enim id consilium facilis in solitudine, perfici rem ejusmodi de commodiis in turba posse arbitrati sunt. Asinus cum Avilio Romam est profectus. Hos vestigios Oppianicus consecutus est. Jam ut Roma vixerint, quibus conviviis, quibus flagitiis, quantis, & quam profusis sumptibus, non modo concio, sed etiam conviva, & adiutorie Oppianico: longum est mihi dicere, præsentim ad alia properanti. Ex itum hujus affinitatis familiaritatis cognoscite. Cum eset adolescentis apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, 4 & ibi diem postulum commoraretur: Avilus, ut erat constitutum, simulat se ægrotare, & testamentum facere velle. Oppianicus obsignatus ad eum, qui neque Asinum, neque Avilum nolent, adducit, & illum, Asinum appellat: ipse testamento, Asini nomine obsignato, discedit. Avilus illico convalefecit. Asinus autem brevi illo tempore, quasi in horulos iret, in arenas quasdam extra portam Esquiline, perdutus, occiditur. qui cum unum iam, & alterum diem desideraretur: neque in his locis, ubi ex consuetudine quereretur, inveniretur, & Oppianicus in foro Larinatum dicitur, nuper se, & suos amicos testamentum ejus obsignasse: liberti Asinii, & nonnulli amici, quod eo die, quo postremum Asinus visus era, Avilum cum eo fuisset, & a multis visum esse constabat, in eum invagint, & hominem ante pedes Q. Manili, qui tum erat triumvir, constitutum. Atque ille continuo, nullo teste, nullo indice, recentis maledicti consueta pars proposita, omnia: ut à me paulo ante dicta sunt, exponit, Asinumque ab se, consilii Oppianici, interfectum fatetur. Extrahitur domo latitanus Oppianicus à Manilio: index avilus ex altera parte coram tenetur. Hic jam quid reliqua queritis? Manilium plerique noratis, non ille honorem à pueritia, non studia virtutis, non ullum eximiationis boni fructus umquam cogitaret: sed ex petulantia, atque improbo secura, in discordis ciuitatis ad eam colunnam, ad quam multorum s'pe convitius perductus erat, cum suffragis populi pervenerat. Itaque rem cum Oppiano transfigit: pecuniam ab eo accipit: causam & fulcram, & manifestare relinquit. Ac tum in Oppianici causa, crimen Asinianum cum testibus multis, tum vero indicio Avilii probabatur. in quo, s' interalligatos, Oppianici nomen, primum esse constabat, ejus, quem vos miserum, atque innocentem, fallo judicio circumventum esse dicitis. Quid? aviam tuam, Oppianice, Dineam, cui tu

es heres, patertus non manifestò necavisti? ad quam cum adduxisset medicum illum suum, jam cognitum, & s'pe victorem, ( 6 per quem interficerat plurimos ) mulier exclamat, se ab eo nullo modo velle curari, quo curante fuos omnis perdidisset. Tum repente Anconitanum quendam, L. Clodium, pharmacopam circumforanenum, qu' casu tum Larinum venisset, aggreditur, & cum eo 7 s' quadrungentis, id quod ipsius tabulis tum est demonstratum, transfigit. L. Clodius, qui properaret, cui foras multa restarent, simul atque introductus est, rem confecit: prima posse mulierem sustulit: neque postea Larini punctum est temporis commoratus. Eadem hac Dinea testamentum faciente, cum tabulasprehendisset Oppianicus, qui genit' ejus fuisset, d'ito legata delevit: &, cum id multis locis fecisset, post mortem ejus, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum, signis adulterini obsignavit. Multa prætereo confuso: etenim vereor, ne hac ipsa nimium multa esse videantur. vos tamen eum similem sui fuisse 7 in ceteris quoq' vitæ partibus existimare debebitis. Illum tabulas publicas Larini censorias corrupisse, decuriones universi judicaverunt. cum illo jam nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat: nemo illum ex tam multis cognatis, & affinibus tutorem umquam liberis suis scripsit: nemo illum aditu, nemo confessione, nemo sermone, nemo convivio dignum judicabat. omnes aspernabantur, omnes abhorabant, omnes, ut aliquam immanem, ac perniciosem bestiam, pestemque fugiebant. Hunc tamen hominem tam audacem, tam nefatum, tam nocentem, numquid accusasset Avitus judices, si id prætermittere, salvo capite suo, potuisset. Erat huic inimicus Oppianicus: erat: sed tamen erat virtus: crudelis, & huic investia mater: attamen 8 ad. postremo nihil tam remotum ab accusatione, quam Cluentius, & natura, & voluntate, & instituta ratione vita. Sed cum eset hac illi proposita conditio, ut aut justè, pieque accusaret, aut acerbè, indigneque moreretur: accusare, quo modo posset, quam illo modo amor, maluit. Atque, ut hæc ita esse peripere possitis, exponam vobis Oppianici facinus manifestò compertum, atque deprehensum: ex quo simul utrumque, & huic, accusare, & illum condemnari necesse fuisse, intelligetis. Martiales quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis, atque ei deo veteribus instituti, religionibusque Larinatum consacrati: quo cum satis magnus numerus esset, cumque item, ut in Sicilia permulti. Venerei sunt: sicilli Larini in Martis familia numerarentur: repente Oppianicus eos omnes, liberos esse, civeisque Rom. copit defendere. Graviter id decuriones Larinatum, cunctique municipes tulerunt. Itaque ab Avito petiverunt, ut eam causam susciperet, publiceque defendere. Avitus cum le ab omni ejusmodi negotio removisset, tamen pro loco, pro antiquitate generis sui, pro eo, quod se NON SVIS solum commodis, sed etiam suorum municipum, ceterorumque necessariorum natum esse arbitrabatur, tanta voluntati universorum Larinatum deesse noluit. Suscepta causa, Romamque delata, magna quotidie contentiones inter Avitum, & Oppianicum ex utriusque studio defensionis exercitabantur. Erat ipse immanni, acerbaque natura Oppianicus, incendebat ejus amentiam infesta, atque inimica filio mater Aviti. magni autem illi sua intereste arbitrabantur,

Bb 5

hunc

1. *Quam clara tum recenti est?* Est ab codice S. Victoris receptaque Lambinus, neque alter plerique Pall. nisi quod il' s'c' car' fuit. Vulgaris: quam clara cum recent fuit.  
2. *Fuit Avilus quidam.* 3<sup>a</sup> editio prima, & f'lers Pall. nostri. & S. Victoris: uti quidam in scriptis sunt, ut posse putari. *Avilus*, urantes publicabatur. Galicimus emendat *A. Villius*.  
3. *Avit' quidam predi'c' s'c' accommodata.* Guilielmio suspectum f'cillid' predi'c'. & vero cum in plerique Pall. & edd. antiqu' ejus est accommodata, omnino venit tollendum.  
4. *B'li' diem p'str'v'.* Sic quidam Pall. sec' editio veteris. sed Pall.

ceteri &amp; S. Victoris, &amp; ibidem posterior.

5. *Inter alligato.* Est à Turnebi conjectura, quam predividit libro xx. cap. 5. Adverb. editi enim & scripsi omnes allegato, nisi quod Pal. pri' s'c' ad legato.6. *Per quam interficerat plurimos.* Iambinus isthac pro spurie dicebat, cum tamen sint in omnibus scriptis, non ejeci quidem, sed i'clusi unsis.7. *In ceteris quoq' r'ca p'c'ib'z' ex'f'c'itare deb'v'z'.* Est à Pall. omnibus, neque alter Victor codex ms. quis quod & ed. veteris habet: illud ergo: postulus sub, in Larinu' p'c'ib'z' p'c'ib'z' d'f'f'ct'z'.

hunc à causa Martialis demovere. Suberat etiam alia causa major, quæ Oppianici, hominis avarissimi, atque audacissimi, mentem maxime commovebat. nam Avitus usque ad illius judicij tempus, nullum testamentum umquam fecerat. neque enim legare eusmodi matre poterat in animum inducere: neque testamento nomen omnino prætermittere parentis. Id cum Oppianicus fecerit (neque enim etat obscurum) intelligebat, Avito mortuo, bona ejus omnia ad matrem esse ventura: quæ ab se postea, aucta pecunia, majore præmio; orbata filio, minore periculo, necaretur. itaque his rebus incensus, quæ ratione Avitum veneno tollet conatus sit, cognoscite. C. & L. Fabricii, fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinatu, homines inter se cùm forma, tum moribus similes: municipium autem suorum dissimillimi: in quibus quantus splendor sit, quæm propè aquabilis, quæm fere omnium constans, & moderata ratio vita, nemo vestrum, ut mea fert opinio, ignorat. His F. brievis semper usus est Oppianicus familiariter. Jam hor fere fecit omnes, QVANTAM VIM habeat ad conjugandas amicitias, studiorum, ac naturæ similitudo. Cum illi ita viverent, ut nullum quaflam turpe esse arbitrarentur: cum omnis ab his fratribus, omnes infidax, circumscriptio neque adolescentium nascerentur, cumq; essent viuii, atque improbitate omnibus noti: studio, ut dixi, ad eorum se familiaritatem multis jam ante annis Oppianicus applicari. Itaque, tum sic statuit, per C. Fabricium (nam L. erat mortuus) insidias Avito comparare. Erat illo tempore infirma valetudine Avitus, utebatur autem medico ignobilis, sed spectato nomine, Cleopantio, cuius servum Diogenem Fabricius ad venenum Avito dandum spe & pretio sollicitare cepit. Servus non incaecus, & sed, ut ipsa res declaravit, frugi, atque integer, sermonem Fabricii non est alperatus: rem ad dominum detulit. Cleopantio autem cum Avito est locutus. Avitus autem statim cum M. Bebrio senatore, familiariissimo suo, communicavit: qui qua fide, qua prudenter, & qua dignitate fuerit, meminisse vos arbitror. ei placuit, ut Diogenem Avitus emereret a Cleopantio, quo facilius aut comprehendenteret res ejus indicio, aut falsa esse cognosceretur. Ne multis: Diogenes emittit: 4. venenum diebus paucis, (multi viri boni cùm ex occulto intervenirent) pecuniaque obsignata, quæ ad eam rem dabatur, in manibus Scamandri, liberti Fabriciorum, deprehenditur. Prò dī immortales! Oppianicum quisquam, his rebus cognitis, circumventum s' est dicet? Quis umquam audacior? quis noctior? quis apertior in judicium adactus est? Quod ingenium, quæ facultas dicendi, quæ à quoquam excogita defensio, huic uni criminis potuit obfistere? & illud quis est, qui dubiter, quin hac re competra, manifestoque deprehensa, aut obœunda mors Cluentio, aut suscipienda accusatio fuerit? Satis est arbitrator demonstratum. judices, iis criminibus accusatum esse Oppianicum, ut honeste absolvī nullo modo potuerit. Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, ut, se mel, atque iterum prejudicata, condemnatus, in judicium venerit. Nam Cluentius, judices, primum nomen ejus detulit, cuius in manibus venenum deprehenderat. is erat liberius Fabriciorum, Scamander, integrum consilium: judicij corrupti nulla suspicio i simplex in judicium causa, certa res, verum crimen allatum est. Hic tum Fabricius, is,

de quo antè dixi, qui, liberto damnato, sibi illud impendere periculum videlicet: quod mihi cum Aletrinatibus vicinabat, frequenteis eos ad me domum adduxit. Qui quamquam de homine, sicut necesse erat, existimabant: tamen, quod erat ex eodem municipio, sua dignitatis esse arbitrabantur, eum, quibus rebus possent, defendere: idq; à me, ut faciem, & ut causam Scamandri susciporem petebant: in qua causa patroni omne periculum continebatur. Ego, qui neque illis talibus viris, ac tam amantibus mei, rem possem ullam negare: neque illud crimen, tantum, ac tam manifestum esse arbitrarer, sicut nec illi quidem ipsi, qui multi tum illam causam commendabant, arbitrabantur: pollicitus illi sum, me omnia, quæ vellent, esse factum. Res agi cepta est: citatus est Scamander reus: accusabat P. Canutius, homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus, accusabat autem ille quidem Scamandrum verbis tribus, VENENVM ESSERE DREPENSIVM. Omnia teles totius accusationis in Oppianicum conjiciebantur: aperebatur causa insidiarum: Fabriciorum familiaritas commemorabatur: hominis vita, & audacia proferebatur: denique omnis accusatio varie, graviterque tractata, ad extremum manifesta veneni deprehensione conclusa est. Hic ego cùm ad respondentem surrexi, qua cura & dī immortales! quæ follicitudine animi? quo timore? Semper equidem magno cum meo incipio dicere. quotiescumque dico, toties mihi videor in judicium venire, non ingeniosum, sed etiam virtutis, atque offici: aut id propter videar, quod non possum implore, quod est impudentia: aut id non efficere, quod possum, quod est aut perficie, aut negligenter. tum vero ita sum perturbatus, ut omnia timerem: si nihil dixisset, ne infantissimus: si multa in ejusmodi causa dixisset, ne impudentissimus existimaret. Collegi me aliquando. & ita constitui, fortiter esse agendum: illi erati, qui tum eram, solete laudi dari, etiam si in iniurias causis hominum periculi non defuisse. itaque seci, sic pugnavi, sic omni ratione contendi, sic ad omnia contigüum, quantum ego aliquid potui, remedias, ac perfugia causam, ut hoc, quod rimide dicam, confectus sum, ne quis illi cause patronum defuisse arbitraretur. Sed, ut quid, quid ego apprehenderam, statim accusator extorsebat ē manus. Si quiescam, an iniurias Scamandrum cum Avito: facebatur, nullas fuisse: sed Oppianicum, cuius ille minister fuisse, huic iniuriam fuisse, atque illi dicebat. Si autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Aviti venturum emolumentum fuisse, concedebat: sed ad uxorem Oppianici, hominis in uxeribus necandis exercitatus, omnia bona Aviti ventura esse dicebat. Cum illa defensione usus essem, quæ in liberinorum causis honestissima semper existimata est, Scamandrum patrem esse probavimus: fatebatur: sed quererebat, cui probatus esset ipse patruus. Cum ego pluribus verbis in eo commoratus essem, Scamandro factas iniurias esse per Diogenem, constitutumque inter eos de alia rē fuisse, ut medicamentum, non venenum, Diogenes afferret: hoc cuivis usa venire posse: querebat, cur in ejusmodi locis, tam abditum, cur solus, & cur cum obsignata pecunia, venisset. Deinde, hoc loco causa refusa, honestissimis hominibus, premebar. M. Bebrius de suo consilio Diogenem emtum: se praesente Scamandrum cu veneno, pecuniaque deprehensum esse dicebat. 7. P. Quintius

L. studi, ut dixi. 3. Revocanda mihi fuit lectio omnium Pall. item cod. S. Victorini, impressi ante, studiis; nimis lene.

2. Sed ut ipse res declarat. 4. Legitur alias in Exemplari S. Victorini, & ut, quod fere malum.

3. Quæ dignitate fuit. 5. Lambinus prodit in suis missis fuisse, diligenter, & ergo testor in Pall. sex comparuisse illud alterum, hæcque item in ead. antiquissimum.

4. Ueretur dñs paucis, multi, &c. Sic omnes Pall. & S. Vict. voluntatis editi, paucis et paucis: multi, &c. a qua tamen lectione recentiores jure recesserunt, pendunt enim hæc ab eo quod sequitur, diffidentur.

5. Est dicit. Ita alias legi annoratum in S. Victorino, fonsius multo quam illud vulgo receptum dicit esse: quod tam in Pall. o.

6. Quæ obsignata pecunia venisset. Ita solum Pall. secund. reliquæ quinque, transfigeret, quæ scriptura etiam in S. Victorini in textu aliata vero superscripta, con aliis.

7. P. Quintius Usur. 5. Lambinus voluit Quintilium. & id omnino etiam restitendum auctor utget Paulus Merula Notis ad Enium; sed non obsequoris contra m. contra rationem meliorum.

riuc Varus, homo summa religione, & summa auctoritate prædictus, de infidibus, quæ sicut Avito, & de sollicitatione Diogenis, recenti re, secum Cleopphantum locutum esse dicebat. Atque in illo judicio cum Scamandrum nos defendere videremur, verbo ille teus erat, *re quidem vero, & periculo, & tuta accusatione Oppianicus.* Neque id obscurè ferebat, nec dissimilare ullo modo poterat: aderat frequens, advocabat, & Omni studio, gratiaque pugnabat: postremo, id quod maximo malo illi cause fuit, hoc ipso in loco, quæ reus ipse esset, sedebat. Oculi omnium judicum non in Scamandrum, sed in Oppianicum coniiciebantur: timor ejus, perturbatio, suspensus, incertusque vultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antea *suspicio*, hæc, aperta, ac manifesta faciebant. Cum in consilium iri oportet, quæsivit ab reo C. Junius, quæsitor ex lege illa Cornelia, quæ tum erat, clām, an palam, de se sententiam ferri vellet. De Oppianici sententia responsum est, quod is Aviti familiarem Junium esse dicebat, clām velle ferri. Itum est in consilium, omnibus sententiis, *præter unam*, quaerā suam statuēs esse dicebat, Scamander prima actione condemnatus est. Quis tum erat omnium, qui, Scamandro condemnato, non judicium Oppianico factum esse arbitraretur? quid est illa damnatione judicatum, nisi venenum id, quod Avito daretur, esse quæsumum? quæ porro tenuissima suspicio collata in Scamandrum est, aut conferri potuit, ut *is sua sponte* necare voluisse Avitum putaretur? Atque, hoc tum judicio facto, & Oppianico, re, & existimatione, jam: lege, & pronuntiatione, nondum condemnato, tamen Avitus Oppianicū reū statim non fecit, voluit cognoscere, utrum judices in eos sojos essent severi, quos vōnenum habuissent ipos compreserint: an etiam *consilia, conscientiasque ejusmodi* facinorum, supplicio dignas judicarent. Itaque C. Fabricium, quem propter familiaritatem Oppianici conscientia illi facinori fuisse arbitrabatur, reū statim fecit: & utque ei locus primus constitueretur, propter causę conjunctionem impetravit. Hic tum Fabricius non mouit ad me meos vicinos, & amicos, Alerinateis, non adduxit, sed ipse iis neque defensoribus uti posita, neque laudatoribus potuit. Rēm enim INTEGRAM hominis non alieni, quamvis suspiciam, defendere, humanitas esse putabamus: judicatum labefactare conari, impudentia. Itaque tum ille, inopia, & necessitate coactus, in causa ejusmodi & ad Cepafios fratres confugit, homines industrios & atque eo anitno, ut, quacunque dicendi potestas esset data, in honore, atque *in beneficio* ponente. Jam hoc quoque prope iniquissimum comparatum est, quod IN MOREBIS CORPORIS, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus, atque optimus quiratur; in periculis capitis, ut quæque causa difficillima est, ita determinus, obscurissimumque patronus adhibetur, & nisi forte hac causa est, quod medici nihil, præter artificium, oratores etiam autoritatem prestat debent. Citatut teus: agi-

tur causa; paucis verbis accusat, ut de te judicata, Cantius. Incipit, longo, & altè petito processu, responderem major Cepafius, primo attente auditur ejus oratio. erigebat animum, jam demissum, & oppressum, Oppianicus, gaudebat ipse Fabritius, non intelligebat, animos judicium, non illius eloquentia, sed *defensionis impudencia* commoveri, posteaquam de te ceperit dicere, ad ea, quæ erant in causa, addebat etiam ipse nova quædam vulnera. Hoc quamquam sedulò faciebat, tamen interdum non defendere, & sed *prævaricati* accusatione videbatur. Itaque cum calidissime se dicere putaret, & cum illa verba gravissima ex intimo artificio depremisisset: RESPICITE, IUDICES, NOMINVM FORTVNAS: RESPICITE DVBIOS, VARIOSYE CASVS: RESPICITE C. FABRICII SENECTVRM. cum hoc, RESPICITE, ornanda orationis causa sapè dixisset, respexit ipse at C. Fabricius à subsellii demissò capite, discesserat. Hic judices ridere: stomachari, atque acerbi ferre patronus, causam sibi eripi, & se cetera de illo loco, RESPICITE IUDICES, non posse dicere: nec quidquam propriis eis factum, quām ut illum persequeretur, &, collo obtorto, ad subsellia reducere; ut reliqua posset perorare. & Jam tum Fabricius primum *suo iudicio*, quod est gravissimum: deinde legis vi, & sententis judicium est condemnatus. Quid est, & quod jam de Oppianici causa plura dicamus? Apud eisdem judices reus est factus, cùm *is duobus præjudiciis* jam damnatus esset: ab iisdem autem judicibus, qui Fabriciorum damnatione de Oppianico judicarunt, locus ei primus est constitutus: accusatus est criminibus gravissimis, & iis, quæ à me breviter dicta sunt, & præterea multis, quæ ego omnia nunc omitto: accusatus est apud eos, qui & Scamandrum, ministrum Oppianici, & Fabricium, conscientia maleficij, condemnarent: Utram per deos immortales, magis est mirandum, quod is condemnatus est, an quod omnino respondere ausus est? Quid enim illi judices facere potuerunt? qui si innocentis Fabricios condemnassent, tamen in Oppianico sibi constare, & superiorebus consentire judicis debuerunt. 10 An vero illi sua per se ipsi judicis responderent, cùm ceteri loicant, in judicando, ne ab aliorum judicis discrepant, providere? & illi, qui Fabricii libertum, quia minister in maleficio fuerat: patronum, quia conscientius, condemnassent: ipsum principem, atque archetum scelerū absolverent? & qui ceteros, nullo præjudicio facto, tamen ex ipsa causa condemnassent: hunc, quem bis condemnatum jam acceperant, liberarent? Tum vero illa judicia senatoria non falsa invidia, sed vera, atque insigni turpitudine notata, 11 arq; opéra dedecore, & infamia, defensioni locum nullum reliquisti. Quid enim tandem illi judices responderent, si quis ab iis quereret? Condemnatis Scamandrum, quo crimen? nempe quod Avitum per servum medici, veneno & necare voluisse. Quid Aviti morte Scamander consequebatur? nihil, sed *administererat* Oppianici. Condemnatis C. Fabri-

1. Omni fidelis gratiaque pugnabat. ) Dictio pugnabat, absit aliquid editioibus Lambini; prorsus male, & præter ead. scriptoisque.

2. Utique si leue prime constitueretur. ) S. Victor. & Pal. pr. sec. quart. text. assignari. non inepti.

3. Ad Cepafios fratres. ) Legitur alia in S. Vict. Cepafios, quod mutandum putabat Gulielmus in Cepafios; & a cipo; ut Fabii a fabiis. sic Pagini idem cum Papio.

4. Atque etiam. ) Haud aliter quidem editiones antiquæ; sed id verbi folium refutat. Palat. sec. ceteri omnes atque et modis, quod & in S. Victoris; haec tamen ut velut altera lectio superscriptum sit auius.

5. Nisi forte hic causa illi. &c. ) Sic S. Victoris exemplar, non ut vulgata, haec, verum quod minorem, tota hæc periodus non compareat in uno Pall. neque admirerunt editiones tres primæ.

6. Sed prævaricati accusationi videlicet. ) Lambinus nescio quæ varieates lectionum profert. Ei s. ego tekor Palatinos sex, staro a recepta.

7. Non tam Fabricius primus. ) Vividius mihi longe scriptura quæ S. Victoris libro ad eam, ita tam Fabr.

8. Quædam de Oppianici causa plura dicamus. ) S. Victoris amplius, de

Oppianici persona causaque plora. quod & citat Lambinus. unde colligo nullum habuisse ad manum exemplar scriptam perpetuo hac oratione quam illud ipsum S. Victoris.

9. Es id quæ a me breviter. ) Copulam invexi, volentibus missi nostris & Galliano; que prius aberauit.

10. Averi illa sua per se ipsi judicis responderent. ) Ita emendavi sua-fu Palat. tert. neque abibant reliqui sex quām quod haberent vulgatum illi. vox ipsa vulgus haec tamen defuit, invexit quidem ex Victoriiano Lambinus, sed recedit per se, quod & ibidem comparet & in Pall. omnibus.

11. Atque operis didicerit. ) Sic nostri Pall. omni. nisi quod secund. sperata. Lambinus annorat, aliæ legi, & cœperat: & id quidem erat visitur in Pal. quart. sed tanquam interpretamentum prioris, additio, id est.

12. Necare voluisse. Quid Avitis &c. ) Divinat Gulielmius, necare voluisse, sed quid Avitis, &c. dextræ. si id recipimus, tum erit mutandum mox sequens fid. in ali, quomodo differt extat in Pall. pr. tert. quart. quint. pro quo vulgo sed administer.

C. Fabricium. quid ita? quia, cum ipse familia rissime Oppianico usus, libertus autem eius in maleficio deprehensus esset: illum expertum eum confisi fuisse non probatur. Si igitur ipsum Oppianicum, bis suis judicis condemnatum, absolvissent, quis tantam turpitudinem judiciorum, quis tantam inconstitiam rerum iudicatarum, quis tantam libidinem judicium, ferre potuisset? Quod si hoc videtis, quod jam hac omni oratione patefactum est, illo judicio reum condemnari, praeterea ab iisdem judicibus, qui duo prajudicium fecissent, necesse fuisse: si et illud videatis, necesse est, nullam accusatori causam esse potuisse, cur judicium veller corrumperem. Quero enim abs te, T. Atti, relictis iam certis argumentis omnibus, num Fabricios quoque innocentis condemnatos exultimes? num eriam illa judicia, pecunia corrupta esse dicas; quibus judicis alter à Staleno solo absolutus est, alter etiam ipse condemnavit. Age, si nocentes; cuius malefici? numquid prater venenum qualiterum, quo Avitius necaretur, objectum est? numquid aliud in illis judicis vestitum est, prater hascas infidias Avito ab Oppianico per Fabricios factas? nihil, nihil, inquam aliud, judices, reperiatis. exulta memoria: sunt tabulae publice, redargue me, si mentio: testium dicta recita: doce, in illorum judicis quid, prater hoc venenum Oppianici, non modo in criminis, sed in maledicti loco sit objectum. Multa dici possunt, quare ita necesse fuerit judicari: sed eo occurram exspectatio vestra, judices. Nam, etiā à vobis sic audior, ut numquam benignius, neque attentius quemquam auditum putem: tamen vocat me alio jamdudum tacita vestra exspectatio, quae mihi obloqui videtur. Quid ergo, negare, illud judicium esse corruptum? non nego: sed ab hoc corruptum non esse confirmo. A quo igitur est corruptum? opinor, primum, si incertum fuisset, quissimam exitus illius judicii futurus esset: verisimilius tamen esset, cum potius corruptisse, qui metuisset, ne ipse condemnaretur, quam illum, qui veritus esset, ne alter absolveret: deinde, cum esset nemini dubium, quid judicari necesse esset, cum certè potius, qui sibi aliqua ratione dissideret, quam cum, qui omni ratione consideret: postrem, certè potius illum, qui bis apud eos judices offendisset, quam eum, qui bis causam iis probavisset, unum quidem certè, nemo erit tam inquis Cluento, qui mihi non concedat, si constet corruptum illud esse judicium, aut ab Avito, aut ab Oppianico esse corruptum. si doceo non ab Avito, vincō ab Oppianico. si ostendo ab Oppianico, purgo Avitum. Quare, etiā satis docui, rationem nullam huic corruptendum fuisse, ex quo intelligitur, ab Oppianico esse corruptum: tamen de illo ipso separatim cognoscite. Atque ego illa non argumentabor, quae sunt gravia vehementer: eum corruptisse, qui in periculo fuerit: eum, qui metuerit: eum, qui spem salutis in alia ratione non habuerit: eum, qui semper singulari fuerit audacia. multa sunt ejusmodi, verū cum habeam rem non dubiam, sed apertam, atque manifestam, enumeratio singulorum argumentorum non est necessaria. Dico, C. Allio Staleno, judici pecuniam grandem Statuum Album ad corruptendum judicium dedisse. numquis negat? Te appello, Oppianice, te T. Atti: quorum alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat, audete negare, ab Oppianico Staleno judici pecuniam datam: 2 negate, negate, inquam, in eo loco.

quid reticetis? At negare non potestis, quod repetitis, quod confessi estis, quod abstulitis. Quo tandem igitur ore mentionem corrupti judicis facitis, cum ab ista parte, judici pecuniam ante judicium datam, post judicium repetam esse fateamini? Quonam igitur hæc modo gesti sunt? repeatam paniliò altius, judices, & omnia, quæ in diuina obscuritate latuerit, sic aperiam, ut ex cernere oculis videamini. Vos quoq; ut adhuc me attendat auditis, item, quæ reliqua sunt, audiatis: protectò nihil à me dicetur, quod non dignum hoc conventu, & silentio, diuina vestris studiis, atque auribus esse videatur. Nam, ut primum Oppianicus, ex eo, quod Scamander reus erat factus, quid sibi impenderet, cœpit suscipi: statim s; ad hominis agentis, audacis, in judicis corruptendum exercitati, tum autem judicis, Staleni familiaritatem applicavit. Ac primum Scamandro reo, tantum donis datis, munieribus que perfecit, 3 ut eo auctore uteretur cupido, quæ fides judicis possumbat. Post autem, cùm esset Scamander unus Staleni sententia absolutus, patronus autem Scamandi ne sua quidem sententia liberatus: auctoribus fatus suis remedii subveniendum putavit. Tum à Staleno, scut ab homine ad excogitandum acutissimo, ad iudicium impudentissimo, ad efficiendum acerissimo: (hæc enim ille & aliqua ex parte habebat, & magis ex parte se habere simulabat,) auxilium capiti, & fortunis suis petere coepit. 5 Jam hoc non ignoratis, judices, ut etiam B. STIAE, 5 FAME DOMINANTE, plerumque ad eum locum, ubi passus aliquando sint, reverentur. Stalenus ille biennio ante, eum causam bonorum Sabinii Atellæ receperit, sexcentis milibus nummum se judicium corruptum esse dixerat. quæ cum accepisset a pupillo, suppeditat, judicioque facta, nec Sabinio, nec bonorum emtoribus redidit. Quam cum pecuniam profudisset, & sibi nihil non modo ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem quidem reliquistisset: statuit ad easdem sibi predas, ac suppressione judicialeis revertendum. Itaque cum Oppianicum jam perditum, & duobus jugulatum præjudicium videret: paucis eum suis excitavit abjectum, & simul saluti despense vetuit. Oppianicus orare hominem cepit, ut sibi rationem ostendere judicis corruptendi. Ille autem (quem admodum ex ipso Oppianico postea est auditum) negavit, quemquam esse in civitate, præter se, qui id efficere possit, sed primò gravari coepit, quod adilitatem se petere cum hominibus nobilissimis, & invictam, atque offenditatem dicoret. post exoratus, initio permagnam pecuniam poposeit, deinde ad id peruenit, quod confici potuit, & secessit sexcenta quadraginta deserti ad se domum jussit. Quæ pecunia simulataque ad eum delata est, homo impurissimus statim coepit in ejusmodi mente, & cogitatione versari: nihil esse suis rationibus utilius, quam Oppianicum condemnari: illo absoluto, pecuniam illam aut judicibus disperdidit, aut ipsi esse reddidit: damnato, repetitum esse neminem. Itaque rem excogitat singulariter. Atque hæc, judices, que vere dicuntur à nobis, faciliter creditis, si cum animis vestris longo intervallo recordari C. Staleni vitam, & naturam volueritis. nam PRAEINDE VI opinio est de cujusque moribus, ita, quid ab eo factum, & non factum sit, existimari potest. Cum esset egens, sumptuosus, audax, callidus, perfidius, & cum domi suæ, 6 miserrimus in locis & inanisimis, tantum numerorum

1. Nihil, nihil, inquit aliud.) Est à Pal. tert. quart. quint. sept. & S. Victoris. vulgata enim hactenus, semel iuxtam, posuerat vocem nihil.

2. Negare in eo loco.) Ita Pall. sext. nam sec. mes loco. quod & habet quo se incautus, sed prius dextre explicat P. Manutius. Gulielmus dividabar in loco, pro id est, sic apud Herennium legitur, rim in locis attulit, id est, exsuffiat.

3. Ut ex auctore ueretur expidisse.) Sic Pall. omnes. S. Victoris fere, quod recipit Lambinus.

4. Iam hæc non ignoratis.) Negativa solam restat in Palatino septim.

5. Fame dominante.) Haud aliter Pal. sext. nam pr. dominante annotatum autem ad S. Victoris, alias mensis, quod inihi magis aridet.

6. Miserrimus in locis & inanisimis.) Haud potius excludere hanc locutionem inventam milii in Pal. sexto, Victorio, in Florentino, Gulielmo vero in S. Victoris, maluit ille tamē subtiri fieri. antea casus, miserrimus & inanisimis.

motum possum videret; ad omnem malitiam, & fraudem  
7 versare mentem suam, coepit: Demne judicibus? mihi  
igitur ipsi, prater periculum, & infamiam, quid queritur?  
nihil excoitem, quamobrem Oppianico damnari necesse  
sit? qui tandem? nihil enim est, quod fieri non possit. Si  
quis cum forte casus ex periculo cripuerit, non redde-  
num est? precipitatem igitur impallans, inquit, & per-  
ditum prosternamus. Capit hoc consilium, ut pecuniam  
quibusdam judicibus levissimis pollicetur: deinde can:  
postea supprimat: ut, quoniam graves homines sua sponte  
severè judicatores putabat: hos, qui leiores erant, de-  
finitione irati, Oppianico redderet. Itaque, ut erat semper  
præposterus, atque perversus, initium facit à Bulbo: &  
eum, quod jamdui nihil quæserat, tristem, atque oscitan-  
tem, leviter impellit. Quid tu, inquit? equid me adju-  
vas, Bulbe, in gratia republica serviam? Ille vero, simul at-  
que hoc audivis, Ne GRATIS: Quo voles, inquit, seque-  
runt sed quid affers? Tum ei quadraginta millia, si esset abfolius  
Oppianicus, pollicetur: & eum, ut ceteros appelleat,  
quibuscum loqui confluisset, rogat: atque etiam ipse con-  
ditor totius negotii, Guttam adspexit huius Bulbo. Itaque  
minimè amarus'is visus est, qui aliquid ex ejus sermo-  
ne specula degustarat. Unus, & alter dies intercesserat,  
cum res parum certa videbatur: sequester, & confirmator  
pecunia desiderabatur. Tum appellat hilari vultu homi-  
nem Bulbus, ut blandissime potest: Quid tu, inquit, Pœ-  
te? (hoc enim sibi Stalenus cognomen ex imaginibus  
Æliotum delegerat, ne, si se Ligurem fecisset, nationis  
magis lura, quam generis uti cognomine videretur) qua-  
de re mecum locutus es, quærunt à me, ubi sit pecunia. Hic  
ille planus improbusimus, quæstus judicatio pastus, qui  
illi pecunia, quam considerat, sive tam, atque animo in-  
cubaret, contrahit frontem: (recordamini faciem, atque  
illos ejus factos, simulatisque vultus) queritur se ab Op-  
pianico destitutum: &, qui esset totus ex fraude, & men-  
dacio factus, quæque ea vitia, quæ à natura habebat, etiam  
studio, atque artificio quodam malitia condivisset, pulchri-  
asse verat se ab Oppianico destitutum: atque hoc addit  
testimonji, sua illum sententia, quam palam omnes laturi  
essent, condemnatum iri. Manata sermo in consilio, pe-  
cunia quædam mentionem inter judices esse versata-  
res nequeram fuerat occulta, quam erat occultanda: ne-  
que tam erat aperta, quam reip. causa aperienda. In ea  
obscuritate, ac dubitatione omnium, Cannutio, perito  
homini, qui quodam odore suspcioni, Stalenum corruptum  
esse sensisse, neque tum tem perfactam arbitrat-  
tur, 3 plau-  
cuit repente pronuntiare judices. dixerunt, se id velle.  
Hic tum Oppianicus non magnopere pertinuit, rem à  
Staleno perfectam esse arbitrabatur. In consilium erant  
ituri judices triginta, & duo. sententiis decem, & sex abso-  
litione confici poterat. H. 5. 15. 10. cxi. in singulos judices di-  
stributa, eum numerum sententiarum conficeret debe-  
bant, ut ad cumulum, sive majorum præriorum, ipsius  
Staleni sententia septima decima accederet. Atque etiam  
oasi tum quod illud repente era factum, Stalenus ipse non  
aderat, causam nescio quam apud judicem defendebat. Fa-

jam

1. Vertere mentem suam coepit.) Admissi scripturam istam fide Palatini  
fecit. & lexe, tanto confidenter quod sic quoque extret in manu prima  
in scripto S. Victoris, hac tenus vulgata, vertere mentem suam, hec secum  
expedit, capi, talia emblemata sive profecto inserta Tullio; 3 neque  
de his tenuerit quid nullum, nisi moneamur à libris authenticis.

2. Ex eis firmate speula degustarat.) Pall. septem. spigula, quod &  
eruerat ē suo Briflonius, placetbarque ipsi.

3. Quid tunc quis Petri?) Ita quidem recentius editi. sed verius, fuisse, est in Pall. in S. Victoris, in iis quos excusit Rivils, Paetus, quomodo & Victorius aliique, sed natum fore ex veteri ratione scribendi Paetus. Petrum esse inter cognomina Aelite gentis, omnino con-  
stat.

4. Placuit reperire prenuntiari judices, dixerunt se id velle.) Est à majo-

re parte Pall. nam sec. ac sext. item illa S. Victoris, placuit reperire pre-  
nuntiari dixerunt. Hie, vulgata, placuit reperire iudicem prenuntiari. Iudicem  
se id velle dixerunt.

5. Ipsi è publico judicet.) Haud secus omnes missi nostri, non e, ut an-  
teca eis.

6. Ceteri nesciunt quomodo esse arbitrabatur.) Lambin. edit. præferunt u-  
niscientissimum, sed præter in p̄fessos, & scriptos omnes, neque video  
causam.

7. Suspicione adducti.) Legitur alia in S. Victoris codice, adducti.

8. Ex bonum pedantissem.) Mitor adiuc esse qui Manutius os se-  
quantur, edantque prædictis scriptis; omnino insipide.

9. Qui tum consuli proprie in causa fecerint.) S. Victoris scriptus, item  
Pal. sec. & quint. proprie. Ex quo bonum, non melius.

iam nota, atque perspeta, ab nulla uesti sospitione abhorrebat: suppresum esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronunciasset, qui erant in concione, non intelligebant, neque enim docebantur, versatam esse in iudicio mentionem pecunia sentiebant: innocentem reum condemnatum esse audiebant: Staleni sententia condemnatum videbant: non graui id ab eo factum esse, quod hominem nerant, judicabant. similis in Bulbo, in Gutta, in aliis non nullis suspicio consistebat. Itaque confiteor ( licet enim iam impunè, hoc præsumtum in loco, confiteri) quod Oppianici non modo vita, sed etiam nomen ante illud tempus populi ignotum fuisse: indignissimum porro videtur, circumventum esse innocentem pecunia: hanc deinde suspicionem augeret Staleni improbitas, & nonnullorum eius similius judicum turpitudine: causam autem augeret L. Quintius, homo cum summa potestate prædictus, tam ad inflammandos animos multitudinis accommodatus: & summam illi iudicio invidiam, infamiamque esse confitam, atque in hanc flammam recentem, C. Junium, qui illi questione præfuerat, injectum esse memini, & illum hominem ædilitum, jam prætorem opinionibus hominum constitutum, non disceptatione dicendi, sed clamore hominum, de foro atque aede civitate esse sublatum. Neque me penitet hoc postius tempore, quam illo, causam A. Cluentii defendere. Causa enim manet eadem, quæ mutari nullo modo potest: temporis iniquitas, atque invidia recessit, ut, quod in tempore mali fuit, nihil oblit: quod in causa boni fuit, prouit. Itaque nunc quemadmodum audiar, sensio, non modo ab iis, quorum iudicium, atque potestas est: sed etiam ab illis, quorum tantum est existimat. At tam si dicarem, non audire: non quod res esset, immo eadem, sed tempus aliud. Id adeo sic cognoscere. Quis tum auderet dicere, nocentem condemnatum esse Oppianicum? quis nunc id audet negare? Quis tum posset arguere, ab Oppianico iudicium tentatum esse pecunia? quis id hoc tempore infirmari potest? Cui tum liceret docere, Oppianium reum factum esse tum denique, cum duobus proximis præiudicis condemnatus esset? quis est, qui id hoc tempore infirmare conetur? Quare, invidia remota, quam dies mitigari, oratio mea depicata est, vestra fides, atque æquitas a veritatis disceptatione reicit; quid est præterea, quod in causa relinguatur? Versatam esse in iudicio pecuniam, constat; ea queritur unde profecta sit, ab accusatore, an ab reo. Accusator dicit haec: Primum, gravissimis criminibus accusabam, ut nihil opus esset pecunia: deinde, condemnatum adducebam, ut ne eripi quidem pecunia posset: postrem, etiam si absolutus esset, mearum tamen omnium fortunorum status incolumis maneret. Quid contraria reus? Primum, ipsam multiudinem, & atrocitatem criminum pertimescebam: deinde, Fabriciis, propter conscientiam mei sceleris, condemnatis, me esse condemnatum, sentiebam: postrem, in eum casum veneram, ut omnis mearum fortunorum status unius iudicij pericolo continetur. Age, quoniam corrumpendi iudicij causas ille multas, & graveis habuit, hic nullam: profectio ipsius pecunia requiratur,

Consecut tabula diligentissime Cluentius. hæc autem res habet hoc certè, ut nihil possit neque additum, neque detractum de re familiari latere. anni sunt octo, cum ita causa in ista meditatione versatur: cum omnia, quæ nunc ad eam rem pertinent, & ex hujus, & ex aliorum tabulis, agitatis, tractatis, inquiritis: cum interea Cluentianæ pecunia vestigium nullum inventis. Quid? Albiana pecunia vestigine nobis adoranda est, an ad ipsum tabulam vobis dubius, venire possumus? 3. Tenentur uno in loco H-S 10 CXL: tenentur apud hominem audacissimum: tenentur apud iudicem, quid vultus amplius? At enim Stalenus non fuit ab Oppianico, sed à Cluentio ad iudicium corrumpendum constitutus. Cur cum in consilium iretur, Cluentius, & Cannutius abesse patiebantur? 4. cur cum in consilium mittebant, Stalenum jidicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? 4. Oppianicus quærebatur? Quintius flagitabat? sine Staleno ne in consilium iretur, sebuntia potest perfectum est. At condemnavit. Hanc enim damnationem dederat obsidem Balbo, & ceteris, ut destitutus ab Oppianico videbatur. Quare si istinc causa corrumpendi iudicij, istinc pecunia, ille Stalenus, istinc denique omnis fraus, & audacia est: hinc pudor, honesta vita, & nulla suspicio pecunia, nulla corrumperi iudicij causa: 6 patimini, veritate patefacta, atque omni errore sublato, eo transire illius turpidinis infamiam, ubi cetera maleficia consistant: ab eo invidiam discedere aliquando, ad quem nunquam accessisse culpam videtis? At enim pecuniam Staleno dedit Oppianicus non ad corrumpendum iudicium, sed ad conciliationem gratia. Tene hoc, Atti, dicere, tali prudenter, etiam ufo, atque exercitatione præditum? SAPIENTISSIMVM ESS dicunt eum, cui quod opus sit, ipsi veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet. In stultitia contraria est. M. INVS enim STVLTVS est ius, cui nihil in mentem venit, quam illi, qui, quod stulte alieni venit in mentem, comprobant. Istam conciliationem gratia Stalenus tum recenti re, cum fauibus premeret, cogitavit, sive ut homines tum loquebantur, à P. Cethego admunitus, istam 7 dedit conciliationis, & gratia fablam. Nam fuisse hunc hominum sermonem recordari potest. Cethegus, quod hominem odire, & quod ejus improbatum versari in rep. nollet, & quod videret, cum, qui se ab reo pecuniam, cum index esset, clam, atque extra ordinem accepisse confessus esset, salvum esse non posse, minus ei fidele consilium deditis. In hoc si improbus Cethegus fuit, videret mihi adversarium removere voluisse, hinc erat ejusmodi causa, ut Stalenus numeros se accepisse negare non posset: nihil autem erat periculosius, nec turpis, quam, ad quam rem accepisse, confiteri: non est consilium Cethegi reprehendendum. Verèm alia causa tum Staleni fuit, alia nunc, Atti, tua est. Ille, cum repremetur, quocumque diceret, honestius diceret, quam si, quod eras factum, fateretur. te vero illud idem, quod tum explosum & ejectum est, nunc retulisse demiror. Qui enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius? 8 qui cum matre habebat similitates: hærebat in tabulis publicis reus,

t. Summar illi iudicis novi dñm inforamne constat.) Ita hodie quidem vulgatur, sed avorum seculo cuius non habent illud iudicis, absque item Pall. septem querum pr. & quart. præterea præferunt summar illi iudicis. Gulielmus annotavit variantem lectionem membranarum S. Victoris, quæ hæc summar illi iudicis novi, alias, illi Atti iudicis.

2. Nobis adranda.) Est à Pall. omn. & egregie opponitur sequenti, vobis debet, male ante verbis.

3. Teneamus nos in loco H-S 10 CXL: restatur. 3. Pal. sec. abest adhuc illud H-S. & poscas subintelligi.

4. Curcum in scullum.) Admitte Lambinus illud iteratum eur, fide eti. puto, S. Victoris, qui ita alijs legi adnotatum habebat. Pall. notis non adet.

5. Oppianicus queritur.) Malum fers, requirebat; quod in Pal. pr.

nam Lambinus recepit querelatus, quod & in S. Victoris & Pall. ceteris, neque nimis obitem quin revenerit.

6. Patimini veritatem patefactam, &c.) Omnes Pall. habent hanc scripturam: etiam veterius cuius, etiam S. Victoris, & tamen posteriores maluerunt, patimini.

7. Dedit conciliazione & gratia fablam.) Lambinus missam fecit copulam & quomodo folium Pal. tert. ubi tamen statim reposuit et ab eadem manu, ceteri omnes firmant vulgatum.

8. Qui cum matre habebat similitates, herbaria in tabulis, &c.) Nihil variant quidem editi, sed Pall. septem omnes ad unum excludunt illud habebat similitates, id acciderit, ob syllabam finaliem has, quæ in voce sequenti, ac quod tale nihil restaret in authenticis, excutient otiosiores. ego enim & felix, & argor; ideoque dieris non audeo subficta.

reus, & accusator: condemnati erant Fabricii: nec elab*s* alio accusatore poterat Albius, nec sine ignominia calumpnia relinquare accusationem Cluentius, an ut *provaricatur?* Jam id quoq*z* ad corrumpendum judicium pertinet. Seo quid opus erat ad eam rem judice sequestre? & omnino, quamobrem tota ista res per Stalenum potius, hominem ab utroque alienis sumum, lordissimum, turpissimum, quam per homini aliquem virum ageretur, & alicum, necessariu*m*que communem? Sed quid ego ha*c* pluribus, quas de re obscura, disputo, cum ipsa pecunia, qua*m* Staleno data est, numeru*m* ac summa sua non mod*o*, quanta fuit, sed etiam ad quam rem data fuerit, ostendat? Sexdecim dico judices, ut Oppianicus absolveretur, corrumpendos fuisse: ad Stalenum sexcentia & quadraginta millia nummum esse delata. Si, ut tu dicas, grata concilianda causa, i*z* quadraginta istorum accessio*m* milium quid valet? si, ut nos dicimus, ut 12 CXL. millia nummum sexdecim judicibus darentur; non Archimedes incline potuit describere. At enim *judicia facta permulta sunt*, a Cluentio judicium esse corruptum. Inimo vero ante hoc tempus omnino ista ipsa res suo nomine in judicium numquama est vocata. Ita multum agitata, ita diu iactata ista res est, ut hodierno die priu*m* cau*m* illa derensa sit hodierno die priu*m* veritas vocem contra invidiam, his judicibus freta, miseris. Verum tamen multa ista judicia qua*m* sunt? & Ego enim me ad omnia confirmavi, & sic parvi, ut docarem, quae facta postea judicia de illo judicio dicentur, partim iu*m* similia aut tempestatis, quam judicio*m* disceptationi fuisse: partim nihil contra Avium valere; partim etiam pro hoc esse: partim enim ejusmodi ut ne*m* appellata unquam judicia sint, ne*m* exigitur. Hic ego, magis, ut consuetudinem servem, quam, quod vos non ve*m*ta hoc sponte faciatis, petam a vobis, ut me, dum de his singulis dis*p*uto judicis, attende*m* audiat. Condemnatus est C. Junius, qui ei *quis est* prefuerit, add*e* etiam illud, si placet: tum est condemnatus, cum esset judex qua*m*tionis. Non mod*o* cau*m*, sed ne legi quidem quidquam per tribunum plebis laxamentu*m* datum est. Quo tempore illum a qua*m*tione ad nullum aliud reip*m* manus abdu*m*cebat, eo tempore ad qua*m*tionem ipse abruptus est. At quam qua*m*tionem? Vultus enim vestri, judices, me invitant, ut quae reticenda pataram, libeat iam liberte dicere. Quid*z* illa tandem qua*m*tionis, aut disceptatio aut judicior*m* fuit? & prorabo fuisse, dicat, qui vult hodie de illo populo con*m*itato, cui tum mo*m* gestus est: quod de re Junius cautam dixerit, quemunque rogatis, hoc respondet*m*: quod pecuniam accepit, quod innocens circumvenie*m*t. Et hoc opinio*m*. At, si ita esset, ha*c* leg*m* accusatum esse oportuit, qua*m* accusatur Avius. At ipse ea leg*m* querret*m*: Fanc*m* dies expectaret Quintius. At neque priv*m*tu*m* accusare, nec sedata pars inuidia, volebat. Videris igitur non in causa, sed in tempore, ac posse*m* tem*m* non esse accusator*m* ius*m*se. Multam petivit. Qua*m* lege*m* quid*z* in leg*m* non juralit*m*: quod nemini unquam fraudi fuit. & quod C. Vertes, prator urbanu*m* homo sanctus, & diligens, sub*m*sortitionem ejus*m* ex codice non haberet*m*, qui tum interitus proferebatur. His de causis C. Junius condemnatus est, judices, levissimi & infumissimi: quas eminio*m* in judicium asterr*m* non oportuit, itaq*z* oppressus est non cau*m*

sa, sed tempore*m*. Hoc vos Cluentio judicium putatis obesse oportere? Quam ob causam? Si ex leg*m* sub*m*sortitus non erat Junius, aut si in leg*m* aliquando non juraverat: idcirco illius damnatione aliquid de Cluentio judicabatur? Non, inquit: sed ille idcirco his legisbus condemnatus est, quod contra aliam legem commiserat. Qui hoc consentent*m*, possunt, & illud idem judicium non fuisse, defendere. Ergo idcirco, inquit: *infatu*m** tum prator Junio fuit, quod illius judicium corruptum per eum putabatur. Num igitur hoc tempore cau*m* mutata est? num alia res, alia ratio illius judicii, alia natura totius negotii nunc est, ac tu*m* fuit? non opinor, ex i*s* rebus, quae gesta sunt, rem ullam potuisse mutari. Quid ergo est causa, quod nunc nostra defensio audiatur tanto silentio, tunc Junio defendendi sui potestas erecta sit? Quia tum *in causa* nihil erat, prater invidiam, errorem, suspicionem, conciones quotidianas seditiones, ac populariter concitatas, accusab*m* tribunus plebis idem in concionibus, idem ad subfella*m*: ad judicium non modo de concione, sed etiam cum ipsa concione veniebat. Gradus illi Aurelii tum novi, quasi pro theatro illi judicior*m* edificati videbantur: quo*m* ubi accusator concitatis hominibus complerat, non mod*o* diendi ab re*m*, sed ne surgendi quidem potestas erat. Nuper apud s. C. Orchiniu*m*, collegam meum, locus ab judicibus Fausto Sulla*m* de pecuniis residuis non est constitutus: non quo illi aut ex legem esse Sullam, aut causam pecuniae publica*m*, contemtan*m*, atque abjectam putarent*m*: sed quod, accusante tribuno plebis, *conditio*m* aqua* disceptari posse non putaverunt. Quid*z* conferam Sullamne cum Junio*m*: an hunc tribunum plebis cum Quintio*m* an vero tempus cum tempore*m*? Sulla maximis opibus, cognatis, affinis, necessariis, clientibus plurimis: ha*c* autem apud Junium parva & infirma, & ipsius labore qua*m*ta*m*, atque collecta*m*. Hic tribunus plebis, modestus, prudens non mod*o* non seditionis, sed etiam seditionis adversarius: ille autem acerbus, criminofus, popularis homo ac turbulentus. Tempus hoc tranquillum, ac pacatum: illud omnibus in via*m* tempestibus concitatum. Quia cum ita essent, & in Fausto tamen illi judices statuerunt, iniqua conditione reum causam dicere, cum adversario ejus ad i*s* accusationis summa vis potestatis accederet. Quam quidem rationem vos, judices, diligenter pro vestra sapientia, & humanitate cogitate, & penitus perspicere debet*m*, quid mali, quorum periculi unicuique nostrum inferre possit vis tribunitia*m*, constata praesertim invidia, & concionibus seditiones concitatis. Optimum hercule temporibus, tum, cum homines se non iactatione populari*m*, sed dignitate, atque innocentia rubeant*m*, tamen, nec C. Popilius, nec Q. Metellus, clarissimi, atque a amplissimi viri, vim tribunitiam sustinere potuerunt*m*: ne dum his temporibus, his moribus, his magistribus, sine vestra sapientia, & ac judiciorum remedii*m*, salvi esse possimus. Non fuit igitur illud judicium, judicii simile, judices non fuit*m*, in quo non modus est adhibitus, non mos, consuetudo que servata, non causa defensa, vis illa fuit, & ut saepe jam dixi, *rura quadam*, atque tempestas, & quidvis petius, quam*m* judicium, aut disceptatio*m*, aut qua*m*to*m*. Quod*z* si quis est, qui illud judicium fuisse arbitret*m*, & qui his rebus judicatus scandulum puteat*m*, si tam*m* hanc causam ab illa debet sejungere, ab illo enixa*m* five

1. Quadraginta istorum accessio*m* milium.] Lambinus transponit vocem ultimam, & ledet contra null*m* ego maleam auferre tanquam à libraria ortam.

2. Ego non ad omnia conformari.] Lambinus conjicit, conformari, cui bono?

3. Puteo frisse.] Lamb*m*, aliquid putato*m*. Brutus repulit, reputatus, ut ad judicis reforator*m*, sed contra omnium culos, contra Pall*m*, sepi*m*.

4. Judicium idem non fuisse.] Criticus quartior examinet quid*z* seruitur, non solum Palatinorum i*s* ptem*m*, sed s. V. Victoris, sed veterum editionum, in i*s* enim cunctis, nulla uspiam reperitur ne-

gatio; quod sane fortuitum esse non potest. Tu Pichena, tu Consarena, subveniente mihi tantum non satisfaciunt sub onere, & tam*m* extrent*m*.

5. C. Orchinius.] Pal. tert. acquat*m*. Orchinius.

6. In Fausto tamen illi judices placuisse.] Non habentur in Pall*m*, sex. aut s. Victoris, illi judices & poterant sane absque sententi*m* da*m* mo*m*.

7. Ac judiciorum remedii*m*.] Pal. sec. re fine judicis, quod & recipit Lambinus; forte quod deprehendit i*s* rem ad oram s. Victoris, tanquam lectionem alteram, ut enolavit Gulielmus.

sive quod in legem non jurasset, sive quod ex lege subsortitus judicem non esset, multa petita esse dicitur. Cluentii autem ratio cum illis legibus, quibus ab Junio multa petita est, nulla potest ex parte esse conjuncta. At etiam Bulbus est condemnatus. Adde, magistrum: ut intelligas, hoc judicium cum illo non esse conjunctum. At est hoc illi crimen objectum. Fato: sed etiam legionem effera eo follitatem in Illyrico C. Coconii litteris, & multorum testimoniis planum factum est, quod crimen erat proprium illius questionis, & quae res lege maiestatis tenebatur. At hoc obfuit ei maxime. Jam ita divinatio est: quia si ut licet: vide, ne mea conjectura multo sit verior. Ego enim sic arbitror, Bulbum, quod homo nequam, turpis, improbus, multis flagitis contaminatus in judicium sit adductus, idcirco facilius esse damnatum, tu mihi ex tota causa Bulbi, quod tibi commodum est, eligis, ut id esse fecitos judices dicas. Quapropter hoc Bulbi judicium non plus obesse huic causa debet, quam illa, quae commemorata sunt ab accusatore, duo judicia, P. Popillii, & T. Gutt: qui causam de ambitu dixerunt: qui accusati sunt ab iis, qui erant ipsi ambitus condemnati: quos ego non idcirco esse arbitror in integrum restitutos, quod planum fecerint, illos ob rem judicandam pecuniam accepisse: sed quod judicibus probarint, quod in eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent, se ad præmia legis venire oportere. Quapropter neminem dubitare existimo, quin illa damnatio ambitus nulla ex parte cum causa Cluentii, vestroque judicio conjuncta esse posset. Quid, quod Stalenus est condemnatus? non dico hoc tempore, judices, id quod nescio an dici oporteat, illius maiestatis esse damnatum: non recito testimoniam hominum honestissimorum, quæ in Stalenum sunt dicta ab iis, qui M. Aemilio, clarissimo viro, legati, & praefecti, & tribuni militares fuerunt: quorum testimoniis planum factum est, maximè ejus opera, cum quæstor esset, in exercitu *feditio* esse confitam. Ne illa quidem testimoniam recito, quæ dicta sunt, de *n.s. 100*; quæ ille cum accepisse nomine judicij Sabiniani: sicut in Oppianici judicio postea, retinuit, atque suppressit. Omitto & hæc, & alia permulta, quæ illo judicio in Stalenum dicta sunt: hoc dico, eandem tum fuisse P. & L. Cominiis, equitibus R. honestissimis hominibus, & dissentis, controversiam cum Staleno, quem accusabant, quæ nunc mihi est cum Attio. Cominiis dicebant idem, quod ego dico: Stalenum ab Oppianico pecuniam accepisse, ut judicium corrumperet: Stalenus *i conciliando gratia* causa se accepisse dicebat. Irridebat hæc illius reconciliatio, & persona viri boni suscepit, sicut in statu inauratis, quas posuit ad Juturnam: quibus subscriptis, *REGES AB SE IN GRATIAM ESSE REDVCTOS.* Exagitabantur omnes ejus fraudes, atque fallacia: tota vita in ejusmodi ratione versata aperiebatur: egestas domestica, quæstus forensis in medium proferebatur: *nummarius interpres paci,* & *concordia, non probabatur.* Itaque tum Stalenus, cum idem defenderet, quod Attius, condemnatus est. Cominiis cum hoc agerent, quod nos in tota causa egimus, probaverunt. Qiamobrem si Staleni damnatione, Oppianicum judicium corrumpere voluisse, Oppianicum judicium ad emendas sententias dedisse peauiam, judicatum est: cum ita constitutum sit, ut in illa culpa aut Cluentius sit, aut Oppianicus: Cluentii nummus nullus judicii datus ullo vesti-

gio reperitur: Oppianici pecunia post judicium factum à judice ablata est: potest esse dubium, quin illa damnatio Staleni, non modo non sit contra Cluentium, sed maxime nostram causam, defensionemque confirmet? Ergo adhuc Junii judicium video esse ejusmodi, ut incertum est potius seditionis, *vix multiitudinis*, impetum tribunitium, quæm judicium appellandum putem. Quod si quis illud judicium appelleret, tamen hoc confitetur necesse est, nullo modo illam multam, quæ à Junio petita sit, cum Cluentii causa posse conjungi. Illud igitur Junianum, per vim factum est: Bulbi, & Popillii, & Gutt, contra Cluentium non est: Staleni, etiam pro Cluentio est. Videamus quod aliud judicium, quod pro Cluentio sit, proferre possimus. Dixit tandem causam C. Fidiculanus Falcula, qui Oppianicum condemnaret, cum præfertim, id quod fuit in illo judicio *irridiosissimum*, paucos dies ex subforsitione sedisset? dixit, & bis quidem dixit. In summan enim L. Quintius invidius concionibus eum quotidiani, *feditio*, & turbulentis adduxerat. Uno judicio multa est ab eo perita, sicut ab Junio, quod non sive decuriaz munere, neque ex lege sedisset. paulo sedante tempore est accusatus, quæ Junius, sed eadem fæt lege, & criminis. Quia nulla in judicio *feditio*, & neque vis, neque turba versata est, prima actione facillimè est absolvatus. Non numero hanc abolitionem nihilominus enim potest, ut illam multam non commiserit, accepisse tamen & ob rem judicandam, pecuniam, quam captam nusquam Stalenus eadem lege dixit, proprium crimen illud questionis ejus non fuit. Fidiculanus quid fecisse dicebatur? accepisse à Cluentio *n.s. cc.c.* Cujus erat ordinis? senatori, qua lege in eo genere à senatore ratio repeti solet, de pecuniis repetundis, ea lege accusatus, honestissimus est absolutus. Acta est enim causa *mores magorum*, sine vi, sine metu, sine periculo: dicta, & exposta, & demonstrata sunt omnia: adducti judices sunt, non modo potuisse honeste ab eo reum condemnari, qui non perpetuo sedisset, sed, si aliud iudex nihil scisset, nisi, quæ judicia de eo facta esse constarent, audire præterea nihil debuisse. Tum etiam illi quinque, qui imperitorum dominum rumusculos acupati, tum illum absolverunt, jam suam Clementiam laudari magnopere nobant, à quibus siquid quereret, dissententes judices in C. Fabricium: sedisse se dicentes. si interrogarentur, num quo criminis est esset accusatus, præterquam veneni ejus, quod quæstitum Avito diceretur: negarent. si deinde essent rogati, quid judicarent: condemnasse se dicentes nemo enim absolvit. Eodem modo quæstitum si esset de Scamandro, certè idem respondissent, tametsi ille una sententia est absolutus: sed illam unam nemo tum istorum suam dici veler. Ut igitur facilius sive sententia rationem redderet: ifne, qui se in principem maleficis, lenem: in adjutores ejus, & consilios, vehementissimum esse respondit? Quorum ego de sententia non debo disputare neque enim dubito, quin ita fæs viri, *suspicione* aliqua perculsi repentinae statu suo declinavit. Quare eorum, qui in judicando superiora judicia fecerunt sua sponte, non Staleni fraude, constantiam comprobabo: eorum vero, qui sibi non liquere dixerunt, sapientiam laudo: qui absolvere eum, quem nocentissimum cognoverant, & quem ipsi bis jam antea condemnarant, nullo modo

1. *Causa iusta causa.*) Gulielmus arbitratur illud gratia adiunctorum ab interprete aliquo.

2. *Panes dierum in feditione.*) Volgata reconcio, post panes dierum, sed non ita quoque antiquiores: exclusione item liber S. Victorius.

3. *Reges viri, neque turbæ.*) Manutiani exclusus neque viri, sed contra ead. antiquissimas & mss.

4. *Ob rem judicandam pecuniam, quam captam nusquam Stalenus adiunctorum.*) Hæc quidem est locatio recepta, sed non etiam antiqua. Palli negri omnes hec mutuata sunt integro folio. quæc corsam fidem non

produco, at Gulielmus annotavit legi in scripto S. Victoris, & rem ipsam causam quam Stalenus, ex its vestigis finxit: Lambinus & recipit in contextum, pecuniam quam Stalenus, qui causam nusquam eadem legi dixit, non poterat proprius ad litteras & syllabas. Gulielmus nihil mutabat, sed divitis vocibus legebatur, ob rem judicandam, capta, nusquam Stalenus eadem, &c. antiquæ ead. ob rem judicandam capta nusquam Stalenus eadem, &c. antiques ead. ob rem judicandam capta nusquam Stalenus eadem, &c. Fr. Silvius restituebat: ob rem judicandam capta nusquam accedamus illis.

modo poterant: condemnare, cum tanta consilii infamia, & tam atrocis rei suspicio esset injecta, paulo posterius pati facta re maluerunt. Ac ne ex facto solum sapientis illos judicetis, sed etiam ex nominibus ipsis, quod si fecerint, rectissime, ac sapientissime factum probetis: quis P. Octavio Balbo ingenio prudentior, jure peritior, fide, religione, officio, diligentior, aut sanctior commemorari potest? non absolvit. Quis Qu. Considio constantior? quis judiciorum, atque eius dignitatis, que in judiciis publicis versari debet, peritior? quis virtute, consilio, auctoritate praestantior? ne is quidem absolvit. Longum est de singulorum virtute ita dicere: quæ, quia cogita sunt ab omnibus, verborum ornamenta non querunt. Qualis vir M. Juventinus Pedo fuit ex vetere illa judicum disciplina? qualis L. Caius Mergus? M. Basilius? C. Caudinus? qui omnes in judiciis publicis, jam tum florente rep. floruerunt. Ex eodem numero L. Cassius, 2. Ca. Hejus, pari & integritate, & prudentia: quorum nullius sententia est Oppianicus absolutus. Atque ex his omnibus, natu minimus, ingenio, & diligentia, & religione per illas, quos ante commoravi, 3. P. Sasalus, in eadem sententia fuit. O Innocentiam Oppianici singularem! quo in reo, qui absolvit, ambitiosus: qui distulit, cautus: qui condemnavit, constans existimat. Hæc tum agitante Quintio, neque in concione, neque in judicio demonstrata sunt, neque enim ipse dicti patiebatur, nec per multitudinem concitatem confidere cuiquam in dicendo liebat. Itaque ipse, postquam Junium pervertit, causam totam reliquit, paucis enim diebus illis, & ipse privatus est factus, & hominum studia deferuisse intelligebat. Quod si, per quos dies Junium accusavit, Fidiculanum accusare voluerit: respondendi Fidiculanu potestas facta non esset. Ac primò quidem, omnibus illis judicibus, qui Oppianicum condemnarent, minabatur. Jam insolentiam noratis hominis: noratis animos ejus, ac spiritus tributus. Quod erat odium? dñ immortales! quæ superbia? quæ ignoratio sui? quæ gravis, atque intolerabilis arrogantia? qui illud etiam ipsum accidere tulerit (ex quo illa nata sunt omnia) non sibi, ac defensioni sua condemnatione esse Oppianicum: proinde quasi non satis signi esse debuerit, ab omnibus eum suseptum, qui ie ad patronum illum contulisset. Erat enim Romæ summa copia patronorum, hominum eloquentissimorum, atque amplissimorum, quorum certè aliquis defendisset equitem Rom. in municipio suo nobilem, si hominem pugnasset ejusmodi causam posse defendi. Nam Quintius quidem, quem causam umquam ante dixerat, cum annos ad quinginta natus esse: 2. quis eum umquam non modo in patroni, sed in laudatoris, aut advocati loco viderat? qui quod Rostra jam diu vacua, locumque illum, post adventum L. Sulla à tribunitia voce desertum, oppresserat, multitudine inque jam desuetam à concionibus, ad veteris contuetudinis similitudinem revocaverat, idcirco cuidam hominum generi paullisper juvendior fuit. Atque idem quanto in odio postea sibi ipsis fuit, per quos in altiore locum ascenderat? neque injuria. Facite enim, ut non solum mores ejus, & arrogantiam, sed etiam vultum, atque amictum, atque illam usque ad talos demissam purpuram recordemini. Is, quasi non esse ullo modo ferendum, se ex judicio discessisse vixit, rem ab subsellio in Rostra detulit. 2. Et jam queritur sapientia, hominibus non sat magna in hac

civitate esse fructus? nego usquam umquam fuisse maiores: s. ubi, si quis ignobilis loco natus, ita vivat, ut nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur, usque cō pervenit, quoad eum industria cum innocentia prosecuta est. Si quis autem hoc uno nititur, quod sit ignobilis: procedit sapientia longius, quām si idem ille esset cum iisdem suis votū nobilissimus. ut Quintius (nihil enim dicam de ceteris) si fuisset homo nobilis; quis eum cum illa superbia, atque intolerantia servare potuisset? Quod eo loco fuit: ita tuerunt, ut, si quid haberet à natura boni, prodesse ei putarent oportere: superbiā autem, atque arrogantia ejus, deridēdā magis arbitrarentur propter humilitatem hominis, quam pertimescendam. Sed, ut illuc reverteremus: quo tempore Fidiculanus est absolutus tu, qui ea judicia facta commemoras, quero, quid tum esse existimat judicatum? certè gratis judicasse. At condemnaret: at causam totam non audierat: at in concionibus omnibus à L. Quintio vehementer erat, & sapientia vexatus. Illa igitur omnia Quintiana, iniqua falsa, turbulenta, popularia, sedisca judicia fuerunt. Esto: potuit esse innocens Falcula. Jam ergo aliquis Oppianicum gratis condemnavit: jam non eos Junius subfortis est, qui pecunia accepta condemnarent: Jam potuit alius ab initio non dedisse, & tamen Oppianicum gratis condemnasse. Verum si innocens Falcula, 6. quālō, quis nocens? si hic gratis condemnavit, quis accepit? Negro rem esse ullam in quemquam illorum, objectam, quæ Fidiculanio objecta non sint: neque aliquid fusse in Fidiculanii causa, quod idem non esset in ceterorum. Aut hoc judicium reprehendas tu, cuius accusatio rebus judicatis nisi videbatur, necesse est: aut, si hoc verum esse concedis, Oppianicum gratis condemnatum esse fateare. Quamquam fatis magno argumento esse debet, quod ex tam multis judicibus, absuito Falcula, nemo reus factus est. Quid enim mihi damnato ambi colligisti, alia lege, terris criminibus, plurimi testibus? cūm primum illi ipsi debuerint potius accusari de pecuniis repetundis, quam ambitus. nam, si in ambitus judicis hoc his obfuit, cum alia lege causam dicere: certè, se propria lege hujus peccati adducti essent, multo plus obfuerit. Deinde, si tanta vis fuit istius criminis, ut, qua quicque lege ex illis judicibus reus factus esset, tamen haec plaga periret: cur in tanta multitudine accusatorum, tantis præmissis, ceteri, rei facti non sunt? Hic profertur id, quod judicium appellari non oportet, P. Septimio Scavola litem ex nomine esse estimata. Cuius rei qua consuetudo sit, quoniam apud homines peritissimos dico, pluribus verbis docere non debeo. Numquam enim ea diligentia, quæ solerit adhiberi in ceteris judiciis, eadem, reo damnato, adhibita est. In litibus estimandis ferè judices, aut, quod sibi eum, quem semel condemnarunt, inimicum putant esse, si qua in eum lis capitulata est, non admittunt: aut, quod se perfundit jam esse arbitrantur, cūm de reo judicarunt, negligentius attendunt cetera. Itaque & majestatis absoluti sunt permuli, quibus damnatis, de pecuniis repetundis, lites essent estimatae: & hoc quotidie fieri videmus, ut, reo damnato de pecuniis repetundis, ad quos perveniente pecunias in litibus estimandis statuuntur, eos illi judices absolvant. quod cūm sit, non judicia rescinduntur, sed hoc statuitur, estimacionem litium, non esse judicium. Scavola condemnatus est aliis criminibus, frequentissimis Apuliaz testibus. omni contentione pugnatum est, ut lis C c hæc.

1. Sed etiam ex nominibus ipsis. 2. S. Victoris exemplar hominibus, at ripuere Lambinus: nihil nihil in eo videtur cur vulgato preferatur: sednam cur tantopere praedictetur Lambine, placueritque item Bruto. aduersatur enim ei vocaliter praecedens illas.

2. En. Hejus. 3. Ica Pall. & S. Victoris, alluduntque ultimæ originis editiones, in quibus Hejus, unde posteriores formarunt Nominis, quod in hunc diem usque regnavit.

3. P. Satyrus. 4. Sic solum initio fuit in Pal. quart. factumque inde

Pal. pr. Saracene, unde veniebat mihi in mentem Saracene, nam certe & alias legitur in S. Vict. Saracene, si non meminit manus Gulielmi.

4. Etiam querimus, q. e. J. Gulielmus junctum legebat, Etiam qu. mihi alterum lepidius videretur.

5. Vbi si quis ignobilis locutus? Petri Victori editio, nihil, sed pro nostra faciunt missam eamque bene tuerat Lambinus.

6. Quod si quis natus? Nihilo dubius lectio Pall. sec. tert. quint. sexti, quarti, quomodo & alii cœ.

estibus, omni contentione pugnatum est, ut lis huc, capituli estimaretur, quæ res, si rei judicatae pondus habuisset, alle postea vel iisdem, vel aliis inimicis, reus hac lege ipsa factus esset. Sequitur id, quod illi judicium appellant, maiores autem nostri numquam neque judicium nominantur, neque perinde, ut rem judicatam, observaverunt, et animadversionem atque auctoritatem censoriam, et qua de re antequam incipio, per pauca mihi de meo officio verba facienda sunt: ut à me cum huic periculi, tum ceterorum quoque officiorum, & amicitiarum ratio conservata esse videatur. Nam mihi cum viris fortibus, qui censores proximi fuerunt, ambobus est amicitia: cum altero vero (sicut & plerique vestrum scient) magnus usus, & summa utriusque officii, constituta necessitudo est. Quare, quidquid de subscriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, ut omnem rationem meam non de illorum facto, sed de ratione censoria habitam existimari velem: à Lentulo autem, familiari meo, qui à me pro eximia sua virtute, summisque honoribus, quos a populo R. adeptus est, honoris causa nominatur, facile hoc, judices, impetrabo, ut, quam ipse adhibere consuevit in amicorum periculis fidem & diligentiam, tum vim animi, libertatemque dicendi, et in hac mihi concedat, ut tantum mihi sumam, quantum sine huic periculo præterire non possum. **A**me tamen, ut axiū est, omnia cautè, pedetentimque dicentur, ut neque fides hujus defensionis relata, neque cuiusquam aut dignitas laxa, aut auctorita violata esse videatur. Video igitur, judices, animadvertisse censores in judices quosdam illius consili Juniani, cum istam ipsam causam subscriberent. Hic primum illud commune proponam, numquam animadversionibus censoris hanc civitatem ita contentam, ut rebus judicatis, fuisse. neque in re nota confundam tempus exemplis. ponam et illud annū: C. Getam, cum à L. Metello, & Cn. Domitio, censoribus, ex senatu ejectus esset, censem ipsum postea esse factum: & cujus mores a censoribus erant reprehensi, hunc postea & populi Romani & eorum, qui in ipsum animadverterant, moribus praefuisse. Quod si illud judicium putaretur: ut ceteri; turpi judicio damnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate privantur: sic hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam redditus esset. Nunc, si quem Cn. Lentuli, aut L. Gelli libertus furti condemnari: is, omnibus ornamenti amissis, numquam ullam honestatis sui partem recuperabit. quos autem ipse L. Gellius, & Cn. Lentulus, duo censores, clarissimi viri, sapientissimique homines, furi, & captarum pecuniaria nomine, notaverunt: si non modo in senatum redierunt, sed etiam illarum ipsarum rerum judicis absoluti sunt. Neminem voluerunt maiores nostri non modò de existimatione cuiusquam, sed ne pecunia quidem de re minima esse judicem, nisi qui inter adversarios convenerint. Quapropter in omnibus legibus, quibus exceptum est, de quibus causis aut magistratum capere non licet, aut judicem legi, aut alterum accusare, hæc ignominia causa prætermissa est. Timoris enim causam, non vitæ poenam in illa potestate esse voluerunt. Itaque non solum, judices, illud ostendam, quod jam videis, populi Romani iusfragis saepenumero censorias subscriptio-nes esse deletas, verum etiam judiciis eorum, qui jurati sta-

tuere majore cum religione, & diligentia debuerunt. Primum judices, senatores, equitesque Romi, in compluribus iam reis, quos contra leges pecunias accepisse subscriptum est, suz potius religioni, quam censorum opiniōnē, paruerunt. Deinde prætores urbani, qui jurati debenti optimum quemque & in selectos judices referre, numquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse oportete duxerunt. Ceniores denique ipsi saepenumero superiorum censorum judicis (si ista judicia appellari vultis) non steterunt, atque etiam ipsi inter se censores sua judicia tanti esse arbitrantur, ut alter alterius judicium non modo reprehendat, sed etiam refandat: ut alter de senatu moveri velet, alter reineat, & ordine amplissimo dignum existimat: ut alter in atrios referri, aut tribu moveri jubeat, alter vetet. Quare qui vobis in mente venit, hæc appellare judicia, quæ à populo Romano relin- di, ab juratis judicibus repudiari, a magistris negligi, ab his, qui eandem potestatem adepti sunt, commutari, inter collegas discrepare videatis? Quæ cùm ita sint: videamus, quid tandem censores de illo judicio corrupti judicasse dicantur. Ac primum illud statuamus: atque, quia censores subscripterint, ita sit: an, quia ita furent, illi subscripterint. Si ideo, quia subscripterint: vide, quid agatis, ne in unumquemque nostrum, censoribus in posterum potestatem regiam permittatis: ne subscriptio censoria non minus calamitatis civibus, quam illa acerbissima prescriptio possit afferre: ne censorium stilum, cuius mucrone multus remedii maiores nostri redeturunt, a que post hac, atque illum dictatorum gladium pertinebamus. Sin autem quod subscriptum est, quia verum est, idcirco grave debet esse: hoc quāramus, verum sit, an falsum: remeantur auctoritates censoria: tollatur id ex causa, quod in causa non est: doce, quam pecuniam Cluentius dederit, unde dederit, quemadmodum dederit: unum denique aliquod à Cluentio profecta pecunia usq[ue]figum ostende. Vince deinde, virum bonum fuisse Oppianicum, hominem integrum: nihil de illo umquam secus esse existimat: nihil denique præjudicatum, tum auctoritatem censorum & amplexator: tum illorum judicium cum re conjunctum esse defendito. Dum vero eum fuisse Oppianicum constabit, qui tabulas publicas municipii sui corrupisse judicatus sit: qui testamentum intercreverit: qui, supposita persona, fallum testamentum obsignandum curarit: qui eum, cuius nomine id obsignatum est, interficerit: qui avunculum filii sui in servitute, ac vinculis necarit: qui municipes suos proscribendo, occidendoque curavit: qui ejus uxorem, quem occiderat, in matrimonium duxerit: qui pecuniam pro abortione dederit: qui socrum, qui uxorem, qui uno tempore fratris uxorem, speratoque liberos, fratreque ipsum, qui denique suos liberos interficerit: qui cum venenum privigno suo quereret, manifestè sit deprehensus: cuius minister, concilique damnatus, ipse adductus in judicium, pecuniam judici dederit ad sententias judicium corrupendas: dum hæc, inquam, de Oppianico constabunt, nec ullo argumento Cluentianæ pecunia critica renebitur: quid est, quod de ista censoria five voluntas, five opinio fuit, adjuvate aut hunc innocentem opprime posse videatur? Quid igitur censores fecerit sunt? Ne ipsi qui dem, ut gravissimè dicam, quidquam aliud dicent, præter

1. Animadversionem atque auctoritatem censoriam.] Est à P. Victorio, neque alter ultimo versatissim edd. quibus respondent septem Palli. nam hec videtur definiter codex S. Victoris vulgo tamen paßim excluditur; animadversionem atque auctoritatem censoriam.

2. Quæ de re aequali incipi. ] Ita scripti auctoritate Pall. sec. recepta enim lecto amplius, aequali dico incipi. ceteri vero Pall. quæ dicitur, &c.

3. Censu[m]a necfusio[n]e. ] Hand secus Pall. septem, nisi quod sextus, censu[m]a necfusio[n]e et necfusio[n]e est. unde liquet illud censu[m]a necfusio[n]e Lambini, ortum à liberiarum iusta.

4. In haec mibi concedet, &c. ] Id est, libertate, adnotat Gulielmus, sed Lambini conjecturam, hic, restat in Pall. pr. quart. quint. sept.

5. Illud unum: C. Getam. ] Pal. pr. Getam. tert. Getam. sept. Getam. sec. illud Vinaliu. C. Getam. sed nihil multandum: notat enim Licinum Getam, cuius meminere plures; nisi forsan & idem corrupti.

6. In felicis judicis. ] Illustratur isthac à Turnebi libro XXVIII. Adversar. cap. 16. f.

7. Amplexator. ] Pal. prim. habet queque illud Lambino placitum, amplissimum.

Præter fermenem, atque famam, nihil se testibus, nihil tabulis, nihil gravi aliquo argumento competit, nihil denique, causa cognita statuisse dicent. Quod si ita fecissent: tamen id non ita fixum esse deberet, ut *convelli non licet*. Non utar exemplorum copia, quæ summa est: non rem veterem, non hominem potestem aliquem, aut gratiosum profetam. Nuper hominem tenuem, scribam adlitum, D. Matrinium cum defendisset apud M. Junium, Q. Publ. cium prætores, & M. Platorium, C. Flaminium, & dilectis curuleis: persuasi, ut scribam jurati legerent eum, quem idem isti censores æratum reliquissent. Cum enim in homine nulla culpa reperiretur: *quid ille meritis, non quid de eo statutum est*, querendum esse duxerunt. Nam hac quidem, quæ de judicio corrupto subscripterint, quis est, qui ab illis satis cognita, & diligenter judicata arbitretur? in M. Aquilliam, & in T. Guttam video esse subscriptum. Quid est hoc? duos esse corruptos solos pecunia. Quid ceteri? videlicet gratis condemnabantur. Non est igitur circumventus, non est oppressus pecunia, non, ut illæ Quintianæ conciones habebantur, omnes, qui Oppianum condemnabantur, in culpa sunt, ac suspicione ponendi. duos solos video anctoritatem censorum affines ei turpitudini judicari. Aut illud afferant, (aliquid esse) quod de iis duobus habuerint compertum, de ceteris compersisse. Nam illud quidem minimè probandum est, ad notationes, anchoritatemque censoriam, exemplum illes à consuetudine militari transtulisse. Stauerunt enim ita maiores nostri, ut, si a multis esset flagitium rei militaris admisum, fortitione in quosdam animadverteretur: ut metus videlicet ad omnes, *pars ad paucos*, perveniret. Quod idem facere censores in defectu dignitatis, & in judicio civium, & in animadversione vitorum, qui convenit, nam miles, q. vi locum non tenuit, qui hostium imperium, vimque pertinuit, potest idem postea & miles esse melior, & vir bonus, & civis utilis. Quare, ne in bello, propter hostium metum, delinqueret, amplior ei mortis, & supplicii metus est à majoribus constitutus. Ne autem nimium multi poenam capitii subirent, idcirco illa fortior comparata est. Hoc tu idem facies, censor, in senatu legendō? si erunt plures, qui, ob innocentem condemnandum, pecuniam acceperint, ut non animadvertis in omnes, sed carpas, ut velis, & paucos ex multis ad ignominiam sortiari? Habebit igitur, te sciente, & vidente, curia senatorem, populus Rom. judicem, resp. civem sine ignominia quemquam, qui ad perniciem innocentem, fidem suam, & religionem pecunia commutavit? & qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos civi innocentia, is censoriz severitatis nota non insurget? Tu es præfetus moribus magister veteris discipline, & severitatis. si aut retines quemquam sciens in senatu, scelere tanto contaminatum, aut statu, qui in eadem culpa sit, non eadem pena affici convenire? & quam conditionem supplicii maiores in bello timiditati militis propositam esse voluerunt, eandem tu in pace constitues improbitati senatoris? Quod si exemplum ex re militari ad animadversionem censoriam transferendum fuit: fortitione id ipsum factum esse oportuit. Si autem fortior ad poenam, atq; hominum delictum fortior judicio committere, minimè censorium est: certè in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam & turpitudinem, non oportet. Verum omnes intelligimus, in istis subscriptionibus ventum quendam popu-

larem esse quæsumus. Jactata res erat in concione à tribuno leditio: incognita causa probatum illud erat. **MULTITUDINEM ILLICITVM EST CONTRA DICERE:** nemo denique, ut defenderet contrariam partem, laborabat. In invidiam porrò magnam illa judicia venerant: etenim psacus postea mensibus alia vehemens erat in judiciis ex notatione tabularum invidia versata. Prætermitti à censoribus, & negligi macula judiciorum posse non videbatur. homines, quos ceteris vitiis, atque omni dedecore infames videbant, eos hac quoque subscriptione notare voluerunt, & eo magis, quod illo ipso tempore, illis censoribus erant judicia cum equestri ordine communicata: ut viderentur per hominum idoneorum ignominiam *sua autoritate* illa judicia cum equestri ordine reprehendisse. Quod si hanc apud eos ipsos censores mihi, aut ali cau-  
sam agere licuisset: hominibus tali prudentia certè probavisi: (res enim indicat) nihil ipsos habuisse cogniti, nihil competi: ex tota ipsa subscriptione rumorem quendam, & plausum popularem esse quæsumus. Nam ita L. Popillium, qui Oppianicum condemnarat, subscriptus L. Gellius, quod è pecuniam accepisset, quo innocentem condemnaret. Jam id ipsum quanta divinationis est, sci-  
re, innocentem fuisse eum, quem fortasse numquam viserat, cùm homines sapientissimi, judices, ut nihil dicam de iis, qui condemnarunt, causa cognita, sibi dixerint **NON LIQUERAT?** Verum esto. condemnat Popillium Gellius: judicat, accepisse à Cluentio pecuniam. Negat hoc Lentulus, nam Popillium, quod erat libertini filius, in senatum non legit: locum quidem senatorium ludis, & cetera ornamenta reliquerit, & eum omni ignominia liberat. quod cùm facit, judicat, ejus sententia gratis Oppianicum condemnatum, & eundem Popillium postea Lentulus in ambitus judicio pro testimonio diligentissime laudat. Quare, si negat L. Gellii judicio stetit Lentulus, neq; Lentuli existimatione con-  
tentus fuit Gellius: &, si uterque censor censoris opinione standum non putavit: quid est, quamobrem quisquam nostrum censoris subscriptione omnes fixas, & in perpetuum ratas putes esse oportere? At in ipsum Avitum animadverterunt, nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vita non dicam vitium, sed erratum, neq; enim hoc homine sanctior, neq; probior, neq; in omnibus officiis retinendis diligenter esse quicquam potest: neque illi alites dicunt: sed candē illam *famam* judicii corrupti secuti sunt: neq; ipsi secus existimant, quam nos existimari volumus, de his pudore, integritate, virtute: sed putarunt **PRÆTERMITTI** accusatore non potuisse, cùm animadversum esset in judices. Qua de re tota si unum factum ex omni antiquitate protulero, plura non dicam. Non enim mihi exemplum suni & clarissimi viri, P. Africani, prætereundum videtur: qui cùm esset censor, & in equitum censu C. Licinius Sacerdos prodicisset: clara voce, ut omnis concio audire posset, dixit *se scire, illum verbi conceptu pejorasse, signi contraria dicere vellet: usurum esse eum suo testimonio.* deinde cuna contraria nemo diceret: jussit equum traducere. Itaque iste, cuius arbitrio & populus Rom. & exteræ gentes, contente esse consueverunt, *z ipse sua conscientia ad ignominiam alterius contentus fuit.* Quod si hoc Avito facere licuisset, facile, illis ipsis judicibus, & false suspicioni, & invidia populariter excitata restitisset. Unum etiam est, quod me maximè conturbat, cui loco respondere posse vix videor, & quod *elegium* recitatti de testamento Cn. Egnatii,

CC 2

1. *As illud adferas [aliquid esse] quod de iis dubius, &c.]* Retinui scripturam veterissimam trium editionum. Solummodo circumscripsi duas voces, quæ mihi vix supervenerunt. Palatinus citare aequo, quod hec iterum omnes ad unum integrum deficiuntur folio. Patrum vero lectio fuerat: *Non ut illud adferas nibil est, quod de iis dubius, &c.* Lambinus jactitat sive locum redintegrare emulsi. Nam illud, quod adferat, nibil est: aliquid esse quod de his dubiis habuerint compertum, de cetero nihil comperte, sed non ego credulus illis versor que ne emendationem eam famulerit è nobis Franc. Silvii.

2. *Multitudinem illicitem est contra dicere.]* Non divertant ab hac scriptura vetustius usus. Lambinus obruit nobis: multe, illam non illud est contraria dicere. Gulielmus divinabat: probatum illud erat multis diebus; nulli licetum, &c.

3. *Ipsa sua conscientia.]* P. Victorius conscientia, quod melius visum Camerario: à quo differtio.

4. *Quod elegium recitasti.]* Haud aliter Palatini nostri septem, quibus adhucere male, quam Lambiani licetum; invitis libris omnibus, noscio quæ obrudeant.

tii, patti, hominis honestissimi, videlicet, & sapientissimi, idcirco se *exhereditasse filium*, quod is ob Oppianici damnationem pecuniam accepisset. De cuius hominis levitate, & inconstantia, plura non dicam. Hoc testamentum ipsum, quod recitas, ejusmodi est, ut ille, cum eum filium exheredaret, quem oderat, ei filio coheredes homines alienissimos conjungeret, quē diligebat. Sed tu, Atti, consideres, censeo, diligenter, utrum censorum judicium grave velis esse, an Egnatii. Si Egnatii: leve est quod censores de ceteris subscripterunt, i. plenum enim Cn. Egnatium, quem tu gravem esse vis, ex senatu ejecerunt. Sin autem censorum: hunc Egnatium, quem pater censoris subscriptione exheredavit, censores in senatu, cum patrem ejecerent, retinuerunt. At enim senatus universus judicavit, illud *corruptum* esse judicium. Quomodo? suscepit causam. An potuit rem delatam ejusmodi repudiare? cum tribanus pleb. populo concitato, tem pñē ad manus revocasset: cum vir optimus, & homo innocentissimus, pecunia circumventus esse diceretur: cum invidia flagraret ordo senatorius: potuit nihil decerni? potuit illa concitatio multitudinis sine summo periculo recipi, repudiari? At quid est decretum? quam juste? quam sapienter? quam diligenter? Si QVI SVNT, QVORVM OPERA FACTVM SIT, VT IUDICIVM PVBLICVM CORRUMPERETVR. Utrum videtur senatus id factum judicare: an, si factum sit, moleste, graviterque ferre? si ipsa A. Cluentius sententiam de judiciis rogaretur, aliam non diceret, atque ii dixerunt, quorum sententiis Cluentium condemnatum esse dicitur. Sed quero à vobis, num istam legem ex isto S. C. Lucullus consul, homo sapientissimus, tulerit: num anno post M. Lucullus, & C. Cassius, in quos tum consules designatos idem illud senatus decreverit, non tulerint, & quod tu Atti pecunia factum esse arguis, neque id ulla vel tenuissima suspicione confirmas, factum est primō illorum cōquitate, & sapientia consulū, utid, quod senatus decreverat, ad illud *inuidia præsens incendium restinguendum*, id postea referendum ad populum non arbitrarentur. ipse deinde populus Rom. qui L. Quintii tribuni pl. factis querimonis ante concitatus, rem illam, & regationem flagitarat, idem C. Junii filii, pueri parvuli, lacrymis commotus, maximo clamore, & concursu rotam illam legem, & quæstionem repudiavit. Ex quo intelligi potuit id, quod saepe dictum est: VT MARE, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari, atque turbari, sic & populum Romanum sua sponte esse placatum, hominum feditosorum vocibus, ut violentissimis tempestibus, concitari. Est etiam reliqua permagna auctoritas, quam ego turpiter pñē præteri. ita enim esse dicitur. Recitavit ex oratione nescio' qua Attius, quam meam esse dicebat, cohortationem quandam judicium ad honeste judicandum, & commemorationem tum illorum judiciorum, quæ probata non essent, tum illius ipsius judicij Juniani: perinde quasi ego non ab initio hujus defensionis dixerim, invidiosum illud fuisse judicium: aut, cum de infamia judiciorum disputarem, potuerim illud, quod tam populariter esset, in illo tempore præterire. Ego vero, siquid ejusmodi dixi, neque cognitum commemoravi, neque pro testimonio dixi, & illa oratio potius temporis mei, quam judicij, & auctoritatis fuit. Cum enim accusarem, & mihi initio proposuisset, ut animos & populi Romani, & judicium commoverem: cumque omnes offenses judiciorum non ex mea opinione, sed ex hominum rumore proferrem: istam rem, quæ tam populariter esset agitata, præterire non potui. Sed errat vehementer, si quis in orationibus nostris, quas in judicis habuimus, auctoritates nostras consignatas se habere arbitratur. omnes enim illæ orationes, easdem, & temporum sunt, non

hominum ipsorum, ac patronorum. Nam, SI CAVIAS ipse pro se loqui possent: nemo adhiberet oratorem. nunc adhibemur, ut ea dicamus, non quæ nostra auctoritate constituantur: sed quæ ex te ipsa, causaque dicantur. Hominem ingeniosum, M. Antonium, sicut solitum esse dicere, idcirco se nullam unquam orationem scripsisse, ut si quid aliquando, quod non opus esset, ab se esset dictum, posset se negare duxisse perinde quali, quid à nobis dictum, aut actum sit, id nisi litteris mandaverimus, hominum memoria non comprehendatur. Ego vero in isto genere libertias cum multorum, tum hominis eloquentissimi, & sapientissimi, L. Crassi, auctoritatem sequor, qui cum L. Plancium defendet, accusante M. Bruto, homine in dicendo & vehementi, & callido, cum Brutus, duobus recitatoribus constitutis, ex duabus ejus orationibus capita alterna, inter se contraria, recitanda curassem, quod in dissuasione rogationis ejus, quæ contra coloniam Narbonensem cerebatur, quantum potest, de auctoritate senatus detrahit: in suacione legis Serviliæ summis ornat senatum laudibus: & multa in equites Rom. cum ex ea oratione asperius dicta recitasset, quo animi illorum judicium in Crassum incenderentur: aliquantum esse commotus dicitur. Itaque in respondendo primum expouit utriusque rationem temporis: ut oratio ex re, & causa, habita videbatur: deinde, ut intelligere posset Brutus, quem hominem, & non solum quæ eloquentia, verum etiam quo lepore, & quibus facietis prædictum lacessisset: treis & ipse excitavit recitatores cum singulis libellis, quos M. Brutus, pater illius accusatoris de jure civili reliquit. Eorum initia cum recitatentur, ea, quæ vobis note esse arbitror: FORTE EVENIT, VT RVRI IN PRVERNATE ESSEMVS, EGO, ET BRVTVS FILIVS: fundum Privaternem flagitabat: IN ALBANO ERAMVS, ET BRVTVS FILIVS. Albanum poscebat. IN TIBURTE FORTE CVM ASSEDISEMVSVS, EGO, ET BRVTVS FILIVS. Tiburtem fundum requirebat: Brutum autem, hominem sapientem, quod filii nequissimam videt: quæ prædia ei relinquenter, testificari dicebat voluisse, quod si potuisset honeste scribere, se in balneis cum id statim filio fuisse: non præterisset, eas se tamen ab eo balneari non ex libris patti, sed ex tabulis, & ex censu quartere. Crassus tum ita Brutum ultus est, ut illum recitationis luz penitenter, moleste enim fortassis tulerat, se in iis orationibus reprehensus, quas de rep. habuisset, in quibus forsitan magis requiratur confitanta. Ego autem illa recitata esse non moleste fero. neque enim ab illo tempore, quod tum erat, neque ab ea causa, quæ tum agebatur, aliena fuerunt: neque mihi quidquam oneris suscepit, cum ista dixi, quoniam minus honeste hanc causam, & libere possem defendere. Quod si velim confiteri, me causam A. Cluentii nunc cognoscere, antea fuisse in illa opinione populari: quis tandem id possit reprehendere? præfertim, judices, cum à vobis quoque ipsi hoc impetrare sit aquissimum, quod ego & ab initio petivi, & nunc peto, ut, siquam huc graviorem de illo judicio opinionem attulisti, hanc, causa perspecta, atque omni veritate cognita, deponatis. Nunc, quoniam ad omnia, quæ ab te dicta sunt, T. Atti, de Oppianici damnatione respondi: confiteare necesse est, te opinionem multam sefelli, quod existimaris, me causam A. Cluentii non factio ejus, sed lege defensurum. Nam hoc perspèce dixisti, ibi sic renuntiari, me habere in animo causam hanc præsidio legis defendere. Itane est? AT AMICIS videlicet imprudentes prodimur? & est nescio quis de iis, quos amicos nobis arbitramur, qui nostra consilia ad adversarios deficiat? Quisnam tibi hoc renuntiavit? quis tam improbus fuit? cui ego autem narravi? nemo, ut opinor, in culpa est: sed nimis tibi istuc lex ipsa re-nuntiavit.

nuntiavit. Sed num tibi ita defendisse videor, ut tota in causa mentionem ullam fecerim legis? num secus hanc causam & defendissem, ac si lege Avitus teneretur? certe ut hominera confirmare opotest, nullus est locus à me purgandi, istius invidiosi criminis prætermis. Quid ergo est? quæret fortasse quispiam, displicatne mihi, præsidio à capite periculum propulsare. Mihi vero, judices, non displicet; sed utor institutio meo. In hominis honesti, prudentisque judicio, non solum meo consilio cui confuevi, sed multum etiam ejus, quem defendo, & consilio, & voluntati obrempero. Nam, ut hæc de me causa delata est: qui leges eas, ad quas adhibernar, & in quibus versamur, nosse deberem: dixi Avito statim, de eo, *Qui coisset, quo quis condemnaretur*, illum esse liberum: teneri autem nostrum ordinem. Atque ille me orare, & obsecrare coepit, ut ne se se lege defendarem. Cū ego, quæ mihi viderentur, dicerem: traduxi me ad suam sententiam, affirmabat enim lacrymans, non se cupidiorem esse civitatis rerinenda, quæm exsuffiationis. Morem homini gesisti: & tamen idcirco feci (neque enim id semper facere debemus) quod videbam, per se, ipsam causam copiosissimè sine lege posse defendi. Videbam, in hac defensione, qua jam sum usus, plus dignitatis: in illa, quæ hic uti noluit, minus laboris futurum. Quod si nihil aliud esset actum, nisi ut hanc causam obtinetem: lege reeditata, perorasse. Neque me illa oratio commoveret, quod ait Attius, *Indignum esse facturus*, si senator judicio quemquam circumveniret, legibus eum teneri: si eque Rom. hoc idem fecerit non teneri. Ut tibi concedam, hoc indignum esse (quod cujusmodi sit, jam video) tu mihi concedas necesse est, multo esse indignius, *in ea civitate*, *4 quo legibus contineatur, discedi a legibus*. Hoc enim *VINCULUM* est hujus dignitatis, quæ fruiatur in rep. hoc fundamentum libertatis, hic fons & suitas. mens, & animus, & consilium, & sententia civitatis, posita est in legibus. Ut corpora nostra sine mente: sic civitas sine lege, suis partibus, ut nervis, ac sanguine, & membris, uti non potest. Legum ministri, magistratus: legum interpres, judices: *LEGVM* denique *IN CIRCO* omnes servi fumus, ut liberi esse possimus. Quid est, Qu. Nafo, *s* cur tu in hoc sexto loco sedreas? quæ vis est, quæ abs te hi judices, tali dignitate prædicti, coercentur? vos autem, judices, quam obrem ex tam magna multitudine civium tam pauci de hominum fortaniam sententiam fertis? quo jure Attius, quæ voluit, dixit? cur mihi tamdiu potestas dicendi datur? quid sibi autem illi scribz, quid licetores, quid ceteri, quos appare huic quæstiōni video, volunt? opinor hæc omnia lege fieri, totumque hoc judicium (ut antea dixi) & quasi menu quadam regi legi, & administrari. Quid ergo est? hæc quæstio sola ita gubernatur? quid M. platorii, & C. Flaminii interlocutori? quid C. Orchini peculator? quid mea de pecunia repetundis? quid C. Aquilli, apud quem nunc de ambitus causa dicitur? quid reliqua quæstiones? circumspicite omnes reipub. parteis, *omnia legum imperio, & prescripto fieri videbuntur*. Si quis apud me, te, T. Atti, reum velit facere: clamet, te lege pecuniarium repetundarum non teneri, neq; hæc tua recusatio, confessio fit capte pecunia: sed laboris, sed periculi non legitimi declinatio. Nunc, quid agatur, & quid abs te juris constituantur, vide. Juber lex ea, quæ lege hæc quæstio constituta est, judicem quæstiōnis, hoc est, Q. Voconium, cum

Cc 3 quem

1. Sed num tibi ita defendisse videor, &c. Lambinus substituit, nos, præter miss. nostros.

2. *Defendisse*, ac si lege Avitus teneretur? Haud secus miss. nostri. Lambinus expressis, defendisse, si lege vetustius cuius, defendisse hæc si lege, recentius defendisse, ac si leges &c. Gulielmus conjicit defendisse, ex lege, &c.

3. *Judicium esse faciens*. Locutio est popularis, quæ enique in ore, qui locum male agi putat, ac cam tamen Lambinus ita examinat, ac si nunquam Comicum aliquem legisset; certe non esse posset hujus loci.

4. *Quæ legibus constituta*, Vulgati, omnianus. sed alterum relata

in Pall. & primitus cuius.

5. *Cari in hoc sexto loci fides?* J. P. Victorius laudat hanc scripturam ex Longobardico suo libro xxxiv. Var. Lection. cap. 2. at enim ita quæque extare in Pall. septem, in edd. exoleitis, ego testor, vulgata, car. in isto loci fidei?

6. *Quæfident quædam regi legi*. Illud legis nunc primum redhibeo auctori & Pall. & edd. paullo antiquioribus. Lambinus fixxit, quæfident quædam, legi regi, &c.

7. *Atque haec omnia causam, &c.* Lambinus edidit, ramen. quid a talibus aut tandem.

*Quæfident*

quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare *novo quæsitione* genere ausus non est. Quod si fieri posse existimat: pro illo odio, quod habuit in equestrum ordinem, nihil fecisset libertius, quam omnem illam acerbitudinem proscriptio[n]is sua, & quetus in veteres judices, in hanc unam quæstione contulisset. Nec nunc quidquam agitur (michi credite, judices, & prospicite id, quod providendum est) nisi, ut equester ordo in hujusc[em] legi periculum includatur. Neque hoc agitur ab omnibus, sed à paucis, nam si senatores, qui se facile tenent integritate, & innocentia, quales (ut vere dicam) vos estis, & ceteri, qui sine cupiditate vixerunt, equites ordinis senatorio dignitate proximos, concordia conjunctissimos esse cupiunt: sed i[us], qui se volunt posse omnia, neque præterea quidquam esse aut in homine ullo, aut in ordine: h[oc]c uno metu se putant equites Roman. in potestatu suam redacturos, si constitutum est, ut de iis, qui rem judicarent, hujuscmodi judicia fieri possint. Vident enim auctoritatem hujus ordinis confirmari: vident judicia comprobari, hoc metu propenso, evellere se *aculeum severitatis vestrae* posse confidunt. Qvis enim de homine audeat, paullo majoribus opibus præditio, verè, & fortiter judicare; cum videat, sibi de eo, quod coierit, aut consenserit, caufam esse dicendam? O viros fortes, equites Roman. qui homini clarissimo, ac potentissimo, M. Druso, tribuno pl. restituerunt, cum ille nihil aliud ageret cum illa cuncta, & quæ tum erat, nobilitate, nisi u[er]i, qui res judicassent, hujuscmodi quæstionibus in judicium vocarentur. Tunc C. Flavius Pusio, Cn. Titinius, C. Meccenas, illa *robora populi Rom.* 3. ceterique hujuscmodi ordinis, non fecerunt idem, quod nunc Cluentius, ut aliquid culpa suscipere se putarent, recusando: aperiissimè repugnarunt, cum h[oc] recularent, & palam fortissimè, atque honestissime dicerent, se potuisse judicio populi Rom. in amplissimum locum pervenire, si sua studia ad honores petendos conferre voluissem: sese vidisse, in ea vita qualis splendor insisteret, quanta ornamenta, qua dignitas, qua se non contempsisse, sed ordine suo, patrumque suorum, contentos fuisse: & *vitem illam manegillam*, & quietam, remotam à procellis invidiam, & h[oc] jucemodi judiciorum amictu, se qui maluisse, aut sibi ad honores petendos atatem integrum restitu: oportere: aut, quoniam id non posset, ea[m] conditionem vita, quam fecuti, petitionem reliquist[er]e, manere: iniquum esse, eos, qui honorum ornamenta, propter periculorum multitudinem, pretermisssent populi beneficis esse privatos, judiciorum novorum periculis non carere: senatorem hoc queri non posse, præterea, quod[em]ca conditione proposito petere coepisset: quodque permulta essent ornamenta, quibus eam missare molestiam posset: locus, auctoritas, domini splendor, apud exteras nationes nomen, & gratia, toga prætexta, & sella curulis, insignia, fasces, exercitus, imperia, provincia: quibus in rebus cum summum recte factis maiores nostri præmium, tum plura peccatis pericula propensa esse voluerunt. Illi non hoc recusabant, ea ne lege accufarentur, qui nunc Avitus accusatur, quæ tunc erat Sempronia, nunc est Cornelia: intelligebant enim, ea lege equestrem ordinem non teneri: sed ne nova lege aliquatenus, laborabant. Avitus ne hoc quidem unquam recusavit, quo minus vel ea lege rationem vita sua redderet,

qua non teneretur. Quæ si vobis conditio placet: omnes id agamus, ut hæc quam primum in omnes ordines quæstio perferatur. Interea quidem, per deos immortales, queniam omnia commoda nostra, jura, libertatem, salutem denique legibus obtinemus, à legibus non recedamus: simul & illud quam si indiguum, cogitemus, populum Rom. aliud nunc agere: vobis tempub. & fortunas suas commissile: ipsum sine cura esse: non metuere ne lege ea, quam numquam ipse iussit, & quæstione, quæ se solutum, liberumque esse arbitretur, per paucos judices adstringatur. Agit enim sic canam T. Attius, adolecens bonus, & disertus: *omnen civit[us] legibus teneri amibus*: 5 vos attenditis & auditis silentio, sicut facere debetis. A Cluentius, eques Rom. caufam dicit ea lege, qua lege senatores, & ii, qui magistratum haberunt, soli tenent: mihi per eum recusare, & in arce legis, præsidia constituere defensionis mea non licet. Si obtinuerit caufam Cluentius: (icuti vestra æquitate nisi confidimus) exstitimabunt, id quod erit, obunuisse propter innocentiam, quoniam ita defensus sit: in lege autem, quam attingere noluerit, præsidit nihil faisse. Hic nunc est quiddam, quod ad me pertinet, de quo ante dixi, quod ego populo Rom. præstat debeam, quoniam is mea vita status est, ut omnis mihi cura, atque opera, posita sit in omnium periculis defendendis. Video, quanta, & quam periculosa, & quam infinita quæstio tentetur, ab accusatoribus, cum eam legem, qua in nostrum ordinem scripsit, in populum R. transferre conemur, qua in lege est. QVI COIERIT: quod quam latè patcat, videris. CONVENIRIT, æquè infinitum, & incertum est. CONSENSE[RE]T, hoc vero cum incertum, & infinitum: tum obscurum, & occulum est. FALSVMVS TESTIMONIVM DIXERIT. Qvis de pieb[us] Romana[is] testimonium dixit unquam, cui non hoc periculum, T. Attio auctore, paratum esse videatur? nam dictorum quidem certe, si hoc judicium plebi Rom. propositum sit, neminem umquam esse confirmo. sed hoc pollicor omnibus, si cui forte hac lege negotio facietur, qui lege nomineatur, si u[er]i, qui me defensore volunt, me ejus caufam legi præsidio defensurum: & vel his judicibus, vel eorum similibus, facile probaturum, & emni me defensione viarum esse legis: qua nunc ut utar, ab eo, cuius voluntati mihi obtemperandum est, non conceditur. Non enim debeo dubitare, judices, quin, si qua ad vos causa hujuscmodi delata sit eis, qui lege non renecatur, etiam si invidiosus, aut multis offensus esse videatur, etiam si eum oderitis, etiam si inviti absoluiri sit, tamen abloviatis: & religioni potius vestra, quam odio pareatis: 6 EST ENIM SAPIENTIAS judicis, cogitare, tantum sibi à populo Rom. esse permisum, quantum commissum & creditum sit: & non solum sibi potestatem datum, verum etiam fidem habitam esse meminisse: possit, quemoderi abloviere: quem non oderit, condemnare: & semper non quid ipse velit, sed quid lex, & religio cogat, cogitare: animadverte, quæ lege reus citetur, de quo reo cognoscatur, quæ res in quæstione versetur. Cum hæc sunt videnda, tum vero illud est homini magni, judices, atque sapientis, cum illam, jucicandi causa, tabellam sumere, 7 NON SE PVTARE ESSE SOLVM, neque sibi, quodcumque concupierit, licet: sed habere in consilio legem, religionem, æquitatem,

1. *Quæstio in rebus, judicis.*) Habet istud Lambinus pro nota marginali, temere deinde, admissi, in contextum, mihi fecus videsur. ideoque non abeci, ut ille. Heic tamen iterum definitio præsidio Palatiorum: deficiency integræ folio.

2. *Quæstio reas, abloviatis.*) Acquisito huic scriptorū unā cum Camerano, 3. valeracta ea quæ induxit Victorius, quæ adfiguntque ad eam alt.

3. *Ceteraque hujuscmodi ordinis.*) Gulielmus purabat ordinem advenitum, exterendumque.

4. *Sella curulis, insignia, fasces.*) Invectum heic temere arbitrabatur *et in insignia Gulielmus.*

5. *Vae avaritiae & auditis silentis.*) Lambinus ejicit & auditis, contra mis. & eod. alta.

6. *Eis enim faciunt judicis, cogitare rationem, &c.*) Sic tota cohors mis. Pall. ne que alcer ed. dicit olim Victorius; ne quis pater primum à Lambino proditum, vulgo legitur: et enim sapientia judicis, meminiſſe se himinum cogitare rationem, &c.

7. *Non se patet eis fidem.*) Lambinus contendit legendum, reputare non se eis fidem, sed cur iuxto? & quibus libris auctoribus? vulpa omnis, stat ab altera firmantque Pall. septem, nisi quod fec. non se patere esse fidem.

tem, fidem: libidinem autem, odium invidiam, metum, cupiditatesque omnes amoveat: et maximeque estimare conscientiam mentis sue, quam ab diis immortalibus accepimus, quae à nobis divelli non potest: quae si optimorum consiliorum, atq; factorum testis in omni vita nobis erit, sine ullo meru, & summa cum honestate vivemus. Hæc si T. Attius aut cognovisset, aut cogitasset: profecto ne conatus quidem esset dicere id, quod multis verbis egit: judicem, quod es videtur, statueret, & non devinčum legibus esse oportere. quibus de rebus mihi pro Cluentio voluntate, nimium; pro reip. dignitate, parum; pro vestra prudentia, satis dixisse videor. Reliqua perpaucata sunt, quæ vestra questionis erant, idcirco illi statuerunt sibi singenda esse, & proferenda, ne omnium turpissimi reperiatur, si in judicium nihil, prater invidiam, attulissent. Atque, ut existimat, necessariò me de his rebus, de quibus jam dixerim, pluribus eisque verbis, attendite reliqua, profecto intelligentis, ea, quæ paucis demonstrari potuerunt, brevissimè esse defensa. Cn. Decio Samnit, ei, qui proscriptus est, *injuriam in calamitate ejus ab hujus familia factam esse dixit.* Ab nullo ille liberalius, quam à Cluentio tractatus est. hujus illum opes in rebus ejus incommode sublevarunt. atque hoc cum ipse, tum omnes ejus amici, necessariè cognoverunt. Ançarii, & Faceni & pectoribus, hujus villicos vim, & manus attulisse. Cum quædam in collibus (ut solet) controversia pectorum esset orta: Aviti villici *rem domini*, & privatam possessionem defendenter. cùm esset expostulatio facta; causa illis demonstrata; fine judicio, controversiaque discessum est. P. Alii testamento propinquus exhereditatus cum esset, heres hic alienior institutus est. P. Alius Aviti *merito fecit*; neque hic in testamento faciendo interfuit: idque testamentum, ab hujus inimico Oppianico est ob-signatum. Florio legatum ex testamento, infinitum esse, non est ita. sed cum H-s xxx. scripta essent, pro H-s ccc; neque ei satis cautum videretur? voluit, cum aliquid acceptum referre liberalitati sua, primò debere negavit: post sine controversia solvit. Cœlii cuiusdam Samnitis uxorem post bellum ab hoc esse repetitam. 3 Mulierem cum emisit de sectoribus: quo tempore eam primum liberam esse audivit, sine judicio redditum Cœlio. Ennius etiam quædam, cuius bona teneat Avitus. Est hic Ennius egens quidam, calumnator, mercenarius Oppianici, qui permultos annos quievit: deinde aliquando cum servo Aviti furti egit: nuper ab ipso Avito petere coepit. Hic illo privato judicio (mihi credite) nobis istud fortasse patronis, *calumniam* non effugiet. Atque etiam, ut nobis renuntiatur, hominem multorum hospitum. 4 A. Binnium quædam, coponem, de via Latina, subornatis: qui sibi à Cluentio, servisque ejus, in taberna sua manus alatas esse dicat. Quo de homine, nihil etiam nunc dicere nobis est necesse. Si inveneritis, id quod solet, sic hominem accipiemus, ut molestè ferat, se de via deceperit. Habetis, judices, quæ in totam vitam de moribus A. Cluentii, quem illi invidiosum reum volunt esse, annos octo meditari accusatores collegerunt. quam levia, genere ipso / quam falsa, re / quam brevia, rēponit. Cognoscite nunc id, quod ad vestrum jusjurandum pertinet, quod vestri judicis est, quod vobis oneris imposuit ea lex, qua coacti huc convenitis, de criminibus veneni: ut omnes intelligent, quām paucis verbis hæc causa perorari potuerit, & quām multa à me dicta sint, quæ ad hujus voluntatem maximè, ad vestrum iudicium minimè pertinente-

cent. Objectum est, C. Vibium Capacem ab hoc A. Cluentio *veseno esse sublatum*. Opportunè adest homo summa si de, & omni virtute praeditus, L. Platorius, senator, qui ilius Capacis hospes fuit, & familiaris. apud hunc ille Rem habuit, apud hunc agrotavat, hujus domi est mortuus. At *heres est Cluentia*. Intestatum dico esse mortuum, possessionemque ejus bonorum, pratoris editio, huic ilius sororis filio, adolescenti pudenter, & in primis honesto, equiti Rom. datum, Numerio Cluentio, quem videtis. Alterum veneficii crimen, Oppianico huic adolescenti, cùm ejus in nuptiis, more Latinatum, multitudo hominum pranderet, venenum Aviti consilio paratum: id cùm daretur in mūllo, Balbutium quædam, ejus familiarem, *intercepisse*, bibisse, statimque esse mortuum. Hæc ego si sic agerem, tanquam mihi crimen esset diluendum, hæc pluribus verbis dicentem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea. Quid VMQAM Avitus in se admisit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorre videatur? quid autem magnopere Oppianicum metuebat, cùm ille verbum omnino in hac ipsa causa nullum facere potuerit: huic autem accusatores, matre viva, deesse non possent? quod jam intelligetis. An ut de causa ejus periculi nihil concederet, ad causam *novum crimen* accederet? quod autem tempus veneni dandi, illo die? in illa frequentia? per quem porto datum? unde sumum? quæ deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum? Multa sunt, quæ dici possunt, sed non committam, ut videar non dicendo voluisse dicere. res enim jam scipla defendat. Ne go, illum adolescentem, quem statim epoto peculo mortuum dixisti, omnino illo die esse mortuum, magnum, & impudens mendacium. Peripite cetera, dico, illum, cùm ad illud prandium crudior venisset, & ut artas illa fuit, sibi tum non pepercisset; aliquot dies agrotasse, & ita esse mortuum. Quis huic rei testis est? idem, qui sui luctus, pater: pater, inquam, illius adolescentis: quem, propter animi dolorem, pertenui *suspicio* potuisse ex illo loco teste in A. Cluentium constitutere: is hunc suo testimonio sublevat, quod recita. Tu autem, nisi molestum est, paulisper exurge, & perfec hunc dolorem commemorationis necessariæ: in qua ego diutius non morabor, quoniā, quod fuit viri optimi, fecisti, uti necui innocentia maior tuus calamitatem, & falso crimen asseret, TESTIMONIVM BALEVIT PATRIS. Unum etiam mihi reliquum ejusmodi crimen est, judices, ex quo illud perspicere possitis, quod à me initio orationis meæ dictum est: quidquid mali per hos annos A. Cluentius videt, quidquid hoc tempore habeat tollitudinis, ac negotii, id omne à matre esse constatum. Oppianicum necatum esse, quod ei datum sit in pane per M. Asellum quædam, familiarem illius: idque Aviti consilio factum esse, dicitis. In quo primum illud quaxo, *qua causa* Avito fuerit, cur interficeret Oppianicum vellet. Inimicitias enim inter ipsos fuisse confiteor: sed homines, INIMICOS suos morte affici volunt, vel quod metuant, vel quod oderunt. Quo tandem igitur Avitus metu adduxit, tantum in se facinus suscipere conatus est? quid erat, quod jam Oppianicum poena afflictum pro maleficiis, ejectum è civitate, quisquam timeret? quid metuebat: ut oppugnaretur à perdit? an ne accusaretur à condemnato, an ne exsilia testimonio laderetur? Sin autem, quod oderat Avitus, idcirco illum vita frui noluit: adeone erat stultus, VT ILLAM, quam tum ille vivebat, vitam esse

1. Maximèque estimari. 2. Malle Lambinus, maximique, præter missi editiose, neque est camea nostra, qui robustius aut venustius.

2. *Pectoribus*, hujus villicum vim, &c. Sic malui cum edd. & miss. vett. quām ut hodie excluditur, villicus.

3. *Mulierem cum engessi de sectoribus*. Lambinus à sectoribus: cùm tam vulgata lectio nihil sit usitata; tuncaturque se scriptus editio que omnibus.

4. A. Binnium quædam.) Paulus Merula ad Binnium cupiebat. A. Binnium, quoniā hæc genus nota, illa non, tanquam scilicet tale

quid requiratur in caprone, sed tamen hominis hujus nomen valde varia: nam olim eusi, *Bivium* vocant. Pall. prim. quart. sept. *Binnum* secund. *Bivium*. tert. quint. *Binnum*, qui quint. superscriptum habet *Bivium*. sext. A. *Abbinum*, quod & in octavo, sed sine praenomine.

5. Ut spognaretur a perdito?) Verus editio, item Pall. sec. ne spognaretur, & acriter defendit Lambinus. sed enim cum in plerique edd. item Pall. septem restet altera scriptura; non video cur temere ejici debeat.

esse arbitrasetur, damnati, exsulis, deserti ab omnibus? quem propter animi importunitatem, nemo recipere tecet, i nemo audire, nemo alloqui, s nemo respicere vellet? bujus igitur vitz Avitus invidebat? hunc si acerbè, & penitus oderat, non cum quam diutissim vivere vele debet? huic mortem maturabat inimicus, quod illi unus in malo perfugium erat calamitatis? qui si quid animi, ac virtutis habuisset (ut multi sepe fortes viri in ejusmodi dolore) mortem sibi ipse conciseret: huic quamobrem id vellet inimicus offerre, quid ipse sibi optare deberet? Nam nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit? nisi forte ineptis, ac fabula ducimur, ut existimemus, illum apud inferos impiorum supplicia perferre, ac plures illi offendisse inimicos, quam hic reliquisse: à forus, ab uxorum à fratribus, à libertum penis actum esse precipitem in sceleratorum sedem, atque regionem, que si falsa sunt, id quod omnes intelligent, quid ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris? Age vero, venenum per quem datum? per M. Asellum. Quid huic cum Avito? nihil: atque adeò, quod ille Oppianico familiarissime est usus, & potius etiam similitas. Eine igitur, quem sibi offensorem, Oppianico familiarissimum sciebat esse, potissimum & suum scelus, & illius periculum commitebat? cur dcinde tu, qui pietate ad accusandum excitatus es, hunc Asellum esse inultum tamdiu finis? cur non Aviti exemplo usus es, ut per illum, qui attulisset venenum, de hoc prejudicaretur? Jam vero illud quam non probabile, quam iniustatum, judices, quam novum, in pane datum venenum? 4. Faciliusne potuit, quam in poculo? & latius potuit, abdūtum aliqua in parte panis, quam si totum colligefactum in potionē esset? ceterius potuit & comedest, quam epotum in venas, atque in omnes partes corporis permanare & facilius fallere in pane (si esset animadversum) quam in poculo, cùm ita confusum esset, ut fecerit nullo modo posset? At repentina morte perit. 7 Quod si esset ita factum: tamen ea res, propter multorum ejusmodi mortem, satis firmam veneni suspicionem non habet. si esset suspicisum: tamen ad alios potius, quam ad Avitum pertineret. Verum in eo ipso homines impudentissime mentiuntur. Id ut intelligatis: & mortem ejus, & quemadmodum post mortem, in Avitum sit crimen à matre quæstitum, cognoscite. Cum vagus, & exsul erraret, atque undique exclusus Oppianicus, in Falernum se ad C. Quintilium contulisset: ibi primum in morbum incidit, ac satis vehementer, diuque aggravavit. Cum esset una Saffia, & Statio Albio quodam, colono, homine valente, qui simul esse solebat, familiarius ueteretur, quam vir cibolitissimus, incolumi fortuna, pati posset: & jus illud matrimonii castum, atque legitimum, damnatione viri sublatum arbitraretur. Nicostratus quidam, fidelis Oppianici servulus, peturiosus, & minimè mendax, multa dicitur renuntiare domino solitus esse. Interea Oppianicus cum iam convalefaret, neque in Falerno improbatam coloni diutius ferre posset, & huc ad urbem profectus esset (solebat enim extra portam aliquid habere conducti) cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latu offendisse vehementer, & poitequam ad urbem cum febre venerit, paucit diebus esse mortuus. Mortis ratio, judeces, ejusmodi est, ut aut nihil habeat suspicionis, aut,

siquid habet, id intra parvus in domestico scelere veretur. Post mortem eius Saffia qatim moliri nefaria mulier cepit insidias filio: questionem habere de viti morte contuit, emit de A. Rupilio, quo erat uetus Oppianicus medico, Stratonem quendam, quasi ut idem faceret, quod Avitus in emendo Diogene fecerat. De hoc Stratone, & de affecta quodam seru suo quasitum esse dixit. præterea servum illum Nicostratum, quem nimium loquacem fuisse, ac nimium domino fidem arbitrabatur, ab hoc adolescenti Oppianico in questionem postulavit. Hic cum esset illo tempore puer, & illa quaestio de patris sui morte constitui diceretur: et si illum iervum, & sibi benivolum esset, & parti fuisse arbitrabatur, nihil tamen eff aulus recusare. Advocantur amici. & hospites Oppianici, & ipsius mulieris multi, homines honesti, atque omnia tebus ornati. tormentis omnibus vehementissimis queritur. Cum essent animi servorum, & spes, & meu tentata, ut aliquid in quaestione dicentes: tamen ( ut arbitror) auctoritate advocate, & vi tormentorum adducti, in veritate manefut, neque se quidquam fecire dixerunt. Quod illo die de amicorum sententia dimissa est. Satis longo intervallo post iterum advocantur, habetur de integro quaestio: nulla vis tormentorum acerrimorum prætermittitur: aversari advocati, & jam vix ferre posse: furere crudelis, atque importuna mulier, sibi nequam, ut sperasset, ea, quæ cogitasset, procedere. Cum jam tortor, atque esfent tormenta ipsa defessa, neque tamen illa finem facere vellit: quidam ex advocatis, homo & honoribus populi ornatus, & summa virtute præditus, intelligere se dixit, non id agi, ut verum inveniatur: sed ut aliquid falsi dicere cogentur. Hoc postquam ceteri comprobabant: ex omnium sententia constitutum est, satis videri esse quasitum. Redditur Oppianico Nicostratus: Latinum ipsa proficisci cum suis, mætris, quod jam ceteri incolam filium fore putabant, ad quem non modo verum crenum, sed ne fieri quidem suspicio perveniret: & cuon modo aperta inimicorum oppugnat, sed ne occulte quidem matris insidiis nocere potuerint. Latinum postquam venit: quæ a Stratone illo venenum antea vixio suo datum, sibi persuasum esse simulasset, in stricte ei continuo, & ornata Latini medicina exercenda causa taleram dedit. Unum, alterum, tertium annum Saffia quiescebat, ut velle, atque optare aliquid calamitatis filio potius, quam id struere, & moliri videretur. Tunc intermix Hortensio, Metello Coss. ut hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil ejusmodi cogitantem, ad hanc accusationem detraherent, invito despondit ei filiam suam, illam, quam ex genere suscepit, ut cum nuplius aligatum simul, & testamento ipse devulsum, possit habere in potestate. Hoc ipso sece tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, & eadem ejusmodi. Cum esset in xibis armarium, in quo scieret esse numerorum aliquantum, & auri: noctu duos confreros dormientes occidit, in piscinamque dejecti: ipse armarii fundum esciscit, & h. s. \* & autri quinque pondio absulit, uno ex servis puer non grandi conscio. Furto postridi cognito, omnis suspicio in eos servos, qui non comparebant, commovebatur. Cum exscio illa fundi in atraatio animadverteretur, querebant homines, quoniam modo fieri potuerint. Quidam ex amicis Saffia recordatus est, fe

nuper

1. Nemo audire, nemo alloqui.) Non potui excludere hanc lectionem, nam non solum Palatinis octo, item scriptis Lambini, sed & varioribus editionibus, hanc tamen incepte prius publicata, nemo adire.

2. Nemo respicere.) Lambinus, adspicere, cur quæsto? nam alterum prefecto omnino occupavit libros.

3. Potius etiam fonsibus.) Et à septem Palatinis. Iolus enim primus habuit illud hodie vulgatum, etiam contra fonsibus; quod respunserunt aliqui antiquitas cuius.

4. Falinse potius quam in pienti.) Non reprehendo, libet tamen indicare, amicum nonrum conjectato; in pane dasianum venenum posuisse,

quam in pienti. omisso illo faciliusne.

5. Latinus potuit, abdūtum.) Qui potuisse includere scripturam esto Palatinorum: qui omnes sibi constituant in latius patius, solum variabunt in tercia voce, editio, additione, sed & sic quoque omnis editio vetus, ut taceam membranas, à Lambino producunt; recentius cuius, latens in patius, male: immo id mox sequitur: facilius fallere in patius.

6. Complixus.) Datum hoc Prisciano, nam platerius nostri adhuc bant vulgato: ni quod pr. & octavus, complixum.

7. Quid si esset ita fallum.) Nihil variat nec nullus, mallem tamen, si esset ita; tamen, &c.

nuper in auctione quadam vidisse in rebus minutis adun-  
cam ex omni parte dentium , & tortuosam venire ferru-  
lam,qua illud potuisse ita circumsecari videretur. Ne multa;  
perquiritur à coactoribus. iuvenitura eis ferrula ad Strat-  
onem pervenisse. Hoc initio suspicione orto , & aperte insi-  
mulate Stratone , puer ille confidus pertinuit : rem o-  
mnem dominz indicavit: homines in piscina inventi sunt:  
Strato in vincula conjectus est: atq; etiam in taberna ejus  
numi,nequamquam omnes, reperiuntur. Constatuitur quæ-  
stio de furto. nam quid quisquam suscipiari aliud potest?  
An hoc dicitis? armario expilato, pecunia ablata , non o-  
mni recuperata, occisis hominibus institutam esse quaestio-  
nem de morte Oppianici ? cui probatis ? quid est, quod  
minus verisimile proferte potuisse? Deinde, ut omittam  
cetera, triennio post mortem Oppianici deejus morte quæ-  
rebarunt? Atque etiam incensa odio pristino, Nicostratum cun-  
dem illum tum sine causa in quaestionem postulavit. Op-  
pianicus primò recusavit, posteaquā illa abductum le-  
mūt, muturatur esse testamentum minaretur : mulieri  
et crudelissima servum fidelissimum, noui in quaestionem tu-  
lit, sed placet ad supplicium dedit. Post triennium igitur agi-  
tata denique quaestio de viri morte habebatur : & de qui-  
bus servis habebatur? Nova, credo, res objecta, novi qui-  
dam homines in suspicionem vocati sunt, de Stratone , &  
de Nicostrato. Quid? Roma quæsitum de istis homi-  
nibus non erat? Itane tandem? mulier jam non morbo,  
sed scelerē furosa,cum quaestionem habuisset Roma, cùm  
de T. Annii, L. Rutilii, P. Saturii, & ceterorum honestissi-  
morum virorum sententia constitutum esset, satis quesiti-  
um videri: eadem de re triennio post, iisdem de homini-  
bus,nullo adhibito, non dicam viro (ne colonum forte ab-  
fuisse dicatis) sed bono viro : in filii caput quaestionem ha-  
bere conata est. An hoc dicitis? mihi enim venit in me-  
tem, quid dici possit, tametsi adhuc non esset dictum:  
i cùm haberetur de furto quaestio, Stratonem aliquid de  
veneno esse confessum? Hoc uno modo, judices, sape  
multorum improbatore depressa veritas emerget, & innocentia  
defensio interclusa respirat: quod aut ii, QVI AD FRAV-  
DEM callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant:  
aut illi, QVORVM EMINENTIA audacia, atque projecta  
est, à consiliis malitia defervunt, quod si aut confidens astu-  
ria, aut callida est audacia, via ullo obstricto modo posset: Utrum  
furcum factum non est? Atnihil clarius Latini fuit. An ad  
Stratonem suspicio non pertinet? At is de ex ferrula insi-  
mulate, & à puero conscientia est indicatus. An id actum non  
est in querendo? Quæ fuit alia igitur causa querendi? an  
id quod dicendum vobis est, & quod tum Sallia dictabat,  
cūa de furto queratur, tum Strato iisdem in tormentis  
dixit de veneno? En hoc illud est, quod ante dixi: mulier  
abundat audacia: consilio & ratrone desicitur. nam tabula qua-  
tionis plures profecuntur, qua recitare, yobisque edita  
sunt, illi i pīce, quæ tum obsignata esse dixi: in quibus ta-  
bellis de furto littera nulla invenitur. Non venit in mem-  
tem, primam orationem Stratonis conscribere de furo,   
post aliiquid adjungere dictum de veneno: quod non  
percontatio qualitum, sed dolos expressum videretur.  
Quæstio de furo est, veneni jam suspicione, superiore  
quaestione, sublata: quod ipsum hæc eadem mulier in-  
dicarat: quæ ut Roma de amicorum sententia statuerat  
satis esse quæsumus, postea per triennium maximè ex o-  
mnibus servis Stratonen illum dilexerat, in honore ha-  
buerat, commodis omnibus affecterat. Cum igitur de  
furo queretur, & de furo, quod ille sine controversia fe-

cerat : tum ille de eo, quod quærebatur, verbum nullum fecit ? de veneno statim dixit ? de furto, si non eo loco, quo debuit, ne in extrema quidem, aut media, aut in aliqua denique parte questionis, verbum fecit ullum ? Jam videtis, illam nefariam mulierem, judices, eadem manu, qua, si detur potestas, interficere filium cupiat, hanc factam questionem conscripsisse. Atque istam ipsam questionem, dicite, quis obsignavit ? Unum aliquem nominare : neminem reperiebas, nisi forte ejusmodi hominem, quem ego proferri malim, quam neminem nominari. Quid ais, T. Atti ? tu periculum capit, tu indicium sceleris, tu fortunas alterius litteris conscriptas in judicium aferas : neque earum auctoritatem litterarum, neque obsignatorem, neque testem ullum nominabis ? & quam tu pestem innocentissimo filio ex matris sinu depronsiseris, hanc hi tales virti comprobabunt ? & Esto : in tabellis nihil est auctoritatis : quid ? ipsa questione, judicibus : quid ? amicis, hospitibusque Oppianici, quos adhibuerat anteac quid ? huic tandem ipsi temporis, cur non reservata est ? quid istis hominibus factum est, Stratone, & Nicostrato ? querro abs te, Oppianice, seruo tuo Nicostrato quid factum esse dicas. quem tu, cum hunc brevi tempore accusatus es, Romam deducere, dare potestatem indicandi, incolumem denique servare questionis, servare his judicibus, servare huic temporis debuisti. Nam Stratonem quidem, judices, in cruce in aëlum esse excepta scitote lingua : quod nemo est Larinatium, qui nesciat. Timei mulier amens non suam conscientiam ; non odiun municipum, non famam omnium : sed, quasi non omnes, ejus sceleris testes essent futuri, sic metuit, ne condemnaretur extrema serva voce morientis. Quod hoc portentum, dii immortales ? quod tantum monstrum in ullis locis ? quod tam infestum scelus, & immane, aut unde natum esse dicamus ? Jam enim videtis profectò, judices, non sine necessitate me, ac maximis causis, principio orationis meæ de matre dixisse. nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit, efficerit. Mitto illam primam libidinis injuriam : mitto nefarias generi nuptias : mitto cupiditatem matris expulsam ex matrimonio filiam : quia nondum ad hujuscem vitæ periculum, sed ad commune familia dedecus pertinebant, nihil de alteris Oppianici nuptiis queror : quatum illa cùm obfides filios ab eo mortuos accepisset, tum denique in familia luctum, atque in privignorum funus nuplit. Prætereo, quod Aurium Melinum, cuius illa quondam focus, paulò anè uxori fuisse, cùm Oppianici esse opera proscriptum, occisumque cognosceret, eam sibi domum, sedemque conjugii delegit, in qua quotidie superioris vii mortis iudicia, & spolia fortunatarum videret. Illud primum queror, de illo sceleri, quod nunc denique patefactum est, Fabriciani veneni : quod jam tum recens, suspicuum ceteris, huic incredibile, nunc verò apertum jam omnibus, ac manifestum videtur. Non est profectò de illo veneno celata mater : nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum : quod nisi esset : certè postea, deprehensa re, non illa ut ab improbo viro discessisset : sed ut à crudelissimo hoste fugisset, dominique illam, in perpetuum, sceleri omni affluentem, reliquisset non modo id non fecit, sed ab illo tempore nullum locum prætermisit, in quo non instrueret insidiias aliquas, ac dies omnes, ac noctes tota mente mater de pernicii filii cogitaret. Quia primum, ut istum confirmaret Oppianicum accusatorem filio suo, 3 donis mulieribus, collocatione filia, spe heredita-

*1. Cum habessetur de furo quassio. 3. Prenuntiant vetusti eis, merentur cum habessetur, neque absunt nisi. Palatinus adeo ut dispiiciendum sit, quomodo heic iacum locum suum occupare queat.*

2. *Este ista tabella nihil est autoritatis.* ) Frigida admodum est conseruata, non nihil est, imo quam magis elevat anchoram tabellarum, scire plus servient argumentationi. & verò vulgata rotat in omni-

bus Pall. & edd. vett.

3. Denis matribus, et ceteris filia.] Legitur sacerdotis hodie deus, munibus, est, quod erit e suis Victoriae, summa tunc lib. xi. Var. lect. cap. 2. offendit item in Palat. sec. de enim cum in ceteris octo, item in vestitu cuius, refertur prius, nolui id temere eliminare; 3. praecepit eum anatoris Gulielmus. sic euouio locutus liber. 1. 11.

tis obstrinxit. Itaque apud ceteros, novis inter propinquos suscepitis inimicitiis, sive fieri divorta, et atque affinitatum discidia vidimus; huc mulier satis firmum accusatorem filio suo fore neminem putavit, nisi qui in matrimonium sororem ejus ante duxisset, ceteri NOVIS AFFINITATIBVS adducti, veteres inimicitias sive deponunt: illa sibi ad confirmandas inimicitias, affinitatis conjunctionem pignori fore putavit. Neque in eo solum diligens fuit ut accusatorem filio suo compararet: sed eriam cogitavit, quibus eum rebus armare, hinc enim illæ sollicitationes servorum & minis, & promissi: hinc illæ infinitæ, crudelissimæque de morte Oppianici questiones: quibus sine aliquando non mulieris modus, sed amicorum auctoritas fecit. ab eodem scelere illæ triennio post habita Larini questiones: ejusdem amentia falsa conscriptiones questionum: ex eodem furore etiam illa conselerata exsilio lingua: totius denique hujus ab illæ est & inventa, & ad ornata comparatio criminis. Atque his rebus cum instru-  
ctum accusatorem filio suo Romam ipsa misisset: paulisper, conquirendorum, & conducendorum testium causa, Larini est communorata: postea autem, cum appropinquare hujus judicium, ei nuntiatum est, confessum hue advolvit, ne aut accusatoribus diligentia, aut pecunia testibus decesset: aut ne forte mater hoc sibi optatissimum spectaculum hujus sordium, atque lucretus, & tanti squaloris amitteret. Jam vero quod iter Romam ejus mulieris fuisse existimat: quod ego propter vicinitatem Aquinatum, 3 & Venafronum, ex multis audiui, & comprei: quos confusus in his oppidis? quantos & viororum, & mulierum genitus esse factos? mulierem quandam Larino, 4 atque illam usque à mari supero Romani proficiisci, cum magno comitatu, & pecunia, quo facilius circumvenire judicio capitis, atque opprimere posset. Nemo erat illorum, pa-  
ne dicam, quin expiadum illum locum esse arbitraretur, quacumque illa iter fecisset: nemo, quin terram ipsam vio-  
lari, que mater est omnium, veltigis conselerat: matris putaret. Itaque nullo in oppido consistendi potestas ei fuit: nemo ex tot hospitiis inventus est, qui non contagionem adspexit: fugeret. nosti se potius, ac solitudini, quam ulli aut urbi, aut hospiti committebat. Nunc vero quid agat, quid molitur, quid denique quotidie cogitet, quem igno-  
rare nostrum putat? quos appellari, quibus pecuniam pro-  
misit, quorum fidem pretio labefactare conata sit, tene-  
mus. quin etiam nocturna sacrificia, quæ putat occultiora esse scelerata, que ejus preces, & nefaria vota cognovimus: quibus illa etiam deos immortales de suo scelere testatur, neque intelligit, PIETATE, & religione, & justis preci-  
bus, deorum menteis, non contaminata superstitione, ne-  
que ad scelus perficiendum casus hostiis posse placari, cuius ego furorem, atque crudelitatem deos immortales a suis aris, atque templis aspernatos esse confido. Vos, judices, quos huic A. Cluentio quosdam alios deos ad omne vita tempus fortuna esse voluit, hujus importunitatem matris a filii capite depellite. multi sive in judicando, peccata libe-  
ram, parentum misericordia concederunt: vos, ne hujus honestissime actam vitam matris crudelitati condonetis, roga-  
mus: praesertim cum ex altera parte totum municipium videre possitis. Omnes scitote judices, (incredibile dictu-  
est, sed à me verissime dicitur) omnes Latinates, qui valuerunt, venisse Romam, ut hunc studio, frequentiaque sua, quantum possent, in tanto ejus periculo subleverant. Pueris illud, hoc tempore, & mulieribus, oppidum scitote

esse traditum, Idque in praesentia, In communi Italia paci-  
domesticis copiis esse tutum, quos tamen ipsos & que, &  
eos, quos præentes videtis, hujus exspectatio judicet dies,  
noctisque sollicitat. Non illi vos de unius municipiis for-  
tunis arbitrantur, sed de totius municipi statu, dignitate,  
commodisque omnibus sententias esse laturos. lumma &  
enim, judices, hominis in communem municipi rem di-  
ligentia, in singulos municipes benignitas, in omniis ho-  
mines justitia, & fides, præterea nobilitatem illam inter  
suos, locumque à majoribus traditum, si tueretur, ut mai-  
orum gravitatem, constantiam, gratiam, liberalitatem asse-  
quatur. Itaque iis eum verbis publicè laudant, ut non so-  
lum testimonium suum, judiciumque significant, verum  
etiam curam animi, ac dolorem, quæ dum laudatio recita-  
tur, vos quæso, qui cam detulisti, assurgite. LAUDATIO  
CLVENTII, EX DECVRIONVM LARINATIVM DECRETO.  
Ex lacrymis horum, judices, exstincte potestis, omnes  
haec decuriones decrevisse lacrymante. Age vero, vicino-  
rum quantum studium, quam incredibilis benivolentia,  
quanta cura est? non illi in libella laudationum decreta mi-  
serunt, sed homines honestissimos, quos nossemus omnes,  
huc frequenteis adesse, & hunc præsentis laudare volue-  
runt. Adsum Ferentani, homines nobilissimi, Matricini  
item pari dignitate: Theano, Appulo atque Liceria equi-  
tes Romanos, honestissimos homines, laudatores videtis:  
Boviano, totoque ex Samnio cum laudationes honestissi-  
mi missæ sunt, tum homines amplissimi, nobilissimique  
venerunt. Jam qui in agro Larinai prædia, qui negotiis,  
qui res pecuniaris habent, honesti homines, & summo  
splendore prædicti, difficile dictu est, quām sint solliciti,  
quām laborent. Non multi milii ab uno sic diliguntur, ut hic ab his universis. Quām non abesse ac hujus judicio  
L. Volusienum, summo splendore hominem, ac virtute  
prædictum, vellem? quām vellem præsentem posse P. He-  
vidium Rufum, equitem Romanum, omnium ornatussum,  
nominare: qui, cum, hujus causa, dies, noctisque vigila-  
ret, & cum me hanc causam doceret, in morbum gravem,  
periculosemque incidit: in quo tamen non minus deca-  
pite hujus, quam de sua vita laborat. Cn. TUDICI senatoris,  
viri optimi, & honestissimi, par studium, & testimonia, &  
laudatione cognoscetis. Eadem spe, sed majore verecun-  
dia, de te, P. Volioni, quoniam judex es in A. Cluentium,  
dicimus. Et, ne longum sit, omnium vicinorum summam  
esse in hunc benivolentiam, confitnamus. Horum o-  
mnium studium, curam, diligentiam, meumque una labo-  
rem, qui totam hanc causam, vetere instituto, solus per-  
oravi, vestramque simul, judices, aequitatem, & manufac-  
tum una mater oppugnat. At quæ mater? quam cæcum  
crudelitate, & scelere ferri videbis: cuius cupiditatem nulla  
umquam turpitudine retardavit: quæ vitiis animi in deter-  
rimis partis jura hominum convertit omnia: cuius ea  
futilitas est, ut eam nemo hominem: ea vis, ut nemo fa-  
minam: ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit.  
Atque etiam nomina necessitudinum, non solum naturæ  
nomina, & iura mutavit: uxori generi, novitca filii, filiæ  
pellex: eo jam denique adducta est, ut sibi, præter  
matrem, nihil ad similitudinem hominum relevaretur. Quare,  
judices, si scelus odisti: prohibe aditum matris a filii  
sanguine: date parenti hunc incredibilem dolorem ex fa-  
lute, ex Victoria liberum: patimini, matrem, ne orbata  
filio latetur, victiam potius vestra aequitate discedere. Sin  
autem, id quod vestra natura poitulat, pudorem, bonita-  
tem,

1. Itaque apud ceteros, ep. 3. Lambinus, Itaque quod, si ē libris, non car-  
po, maleam camen, ut est in Pal. soc. Ita quod apud eis.

2. Atque affinitatum discordia videmus. Sic ediciones à prima proximæ, nam princeps, atque affinitatum disc. Lambinus edidit, atque ad-  
ditionem dicit, sed ne sic quidem rem acu tet: quoniam Palatini plerique atque  
infirmi disc. unus etiam intimeri, ut forte fuerit infirmum, 277. 78

intimum.

3. Et Venafronum, Pall. & olim eis, Afraternum, vel simile  
quid: at dubium milii non fuit legendum. Afraternum, quorum mo-  
dum Plinius lib. III. cap. 5.

4. Atque illam, J. Gulielmus adnotavit forte legendum, il-  
lam.

tem, virtutemque diligitis: levate hunc aliquando suppli-  
cem vestrum, judices, tot annos in *falsa invidia*, periculis-  
que veratum: qui nunc primum post illam flamman, alio-  
rum facto, & cupiditate excitatam, spe *vestra* *equitatis* eri-  
gere animum, & paullum respirare à metu coepit: cui pos-  
ita sunt in vobis omnia: quem seruatum esse plurimi cu-  
piunt, servare soli vos potestis. Orat vos Avitus, judices, &  
fleens obsecrat, ne se *invidia*, qui in *judicium valere non debet*: ne  
matrī, cuius vota, & preces à *vestris* mentibus repudiate  
debetis: ne Oppianico, homini nefario, condemnā-  
jam, & mortuo, condonetis. Quod si qua calamitas hunc  
in hoc judicio afflixerit innocentem: na iste miser, judi-  
ces, si, quod difficile factū est, in vita remanebit, sape  
& multum queretur, deprehensum esse illud quondam Fa-  
bricianum venenum, quod si tum indicatum non esset:  
non huic *trumnolissimo* venenum illud fuisse, sed mul-  
torum medicamentum laborum: postremò etiam fortassis

mater exsequias illius funeris prosecuta, mortem se filii lu-  
gere simulasset. nunc vero quid erit prosecutum, nisi ut hu-  
ius ex mediis mortis infidis vita ad luctum reservata;  
mors sepulchro patris privata esse videatur? Satis diu fuit  
in miseriis, judices: fatis multos annos ex invidia labora-  
vit, nemo huic tam iniquus, præter parentem, fuit; & cu-  
jus animum non jam expletum esse putemus, vos, qui *equi*  
estis omnibus, qui, ut quisque crudelissime oppugnatus,  
eum lenissime sublevatis, conserve A. Cluentium: resti-  
tuite incolumem municipio: amicis, vicinis, hospitibus,  
quorum studia videtis, reddite: vobis in perpetuum, libe-  
risque *vestris* obstringite. *vestrum* est hoc, judices, *vestra*  
*clementia*: rectè hoc repetitur à vobis, ut virum optimum,  
atque innocentissimum, plurimisque mortalibus  
carum, atque jucundissimum, his aliquando calamitatibus  
liberatis: ut omnes intelligent, in concionibus *esse invidie lo-*  
*cum, in judicium veritati.*

*L. Cuius animum non jam expletum esse putemus.] Pal. pr. sec. tert. non habent negativam.*

M. TULLIUS CICERO  
DE  
LEGE AGRARIA,  
KALENDIS JANVAR.  
CONTRA  
P. SERVILIVM RVLLVM,  
TRIBVNVM PL. IN SENATV.  
ORATIO DECIMA QVINTA.

*Desunt permulta*

SYNOPSIS.

Causa. P. Servilius Rullus trib. plebi legem tulerat, de Decemviris creandis ad omnes agros publicos (quibusdam exceptis) vel qui extra Italiam vel in Italia essent, partim vendendos, imposito veltigali, partim coloni dividendos, partim privatiorum quordam emen-  
dos. Hanc legem Cicero primo Magistratus die, hoc est, Kalendis Januariis, in senatu, ipso praefante Rullo, & aliis trib. pleb. & post ad popu-  
lum diffusas. Capita legis varia, de quibus vide hanc & sequentem orationem. Eventus qui fuerit, dicitur in sequentu orationis  
synopsi.

\* quæ res aperiè petebatur, ea nunc occulte cuniculus  
oppugnatur. dicent enim decemviri, id quod & dicitur à  
multis, & saepe dictum est; post eosdem consules, regis  
Alexandrii testamento, regnum illud, populi Rom. esse  
factum. Dabitus igitur Alexandriam clām petentibus iis,  
quibus apertissimè pugnantibus restititis? hæc, per deos  
immortales, utrum esse vobis confilia siccorum, an vino  
Ientorum somnia: & utrum cogitata sapientum, an opata  
furiosorum videntur? Videute nunc, proximo capite, ut im-  
purus helluo turbet rempublicam, ut à majoribus nostris

possessiones relietas disperdat, & dissipet: ut sit non minus  
in populi Rom. patrimonio nepos, quam in suo. Proscribit  
in sua lege veltigalia, quæ decemviri vendant, hoc est, pro-  
scribit auctionem publicorum bonorum, agros emi vult,  
qui dividantur: quærit pecuniam, videlicet excogitabit  
aliquid, atque afferet, nam superioribus capitibus digni-  
tas populi Rom. violabatur: nomen imperii in commune  
odium orbis terræ vocabatur: urbes pacata, agri sociorum,  
regum status i decemviris donabantur: nunc præsens, cer-  
ta, pecunia numerata, quæritur. Exspecto, quid tribunus  
plebis

P. Al. pr. adscriptum habet; deesse à principio folia duo.

1. Decemviri donabantur. Alii emendant cedentebantur, quod co-  
dem redit, & tamen est contra ms. editioisque, itaque graveris librorum

auctoritatem nihil moveo, ut fecit Lambinus, qui correctionem Pa-  
teani alioquin insignem intulit libris Tellii.

2. Perh-